dubio videbis intus formas calculorū natantes. ⁊ si ipaz colaueris per pānum subtilem nullum vestigium illorū seu signum in pecia poteris inuenire. Et si dictam vrinam itez in vrinali-repones. ⁊ ibidem aliq̄tuluz permanserit: veraciter itez videbis eos vt pus. Et super hoc libenter tām ponerem si meus intellectus esset sufficiens. Sed si mala complo fuerit in cerebro solum simplr sicca non fit inde mania: sed solum perturbatio ītellectus. ⁊ cogitationes male ⁊ pessime. Et fit etiaz perturbatio ītellectus ex diminutione proprie substantie cerebri. sicut accidit illis qui superflue vtuntur flōmia. Sz hoc esse videtur ex sententia diuine puidētie. ¶ Et si qs dixerit respōdendo q̄ senibus diminuitur ītellectus ꝓpter ipsoz cerebroz diminutionem. ergo pueri fm istam rōnem pfectiorem ītellectum ⁊ meliorē multū habere deberent oībus alys etatibus. cum habeant cerebz ꝓportionaliter plenius. ⁊ nō est ita. Rñ: q̄ sicut senibus diminuitur ⁊ destruitur intellectus ꝓpter paucitatē substātie ipsius cerebri. ita ifantibus vel pueris ipedit̄ ⁊ destruitur eoz ītellectus ꝓpter multam admixtionē que fit in substantia eoz cerebrorū ab humiditatibus preparatis ad applicationem ⁊ nutritionem substantie cerebroz ipsoz ꝓpter exuberantiam nutrimēti ipsorū. ⁊ in hoc tempore. seu etate augēt humiditas naturalis. ⁊ etiā superfluitates. ⁊ ꝓpter hoc ꝓlongātur somni eoz: ⁊ etiam superfluitates que exeunt ex naribus eoz: ⁊ ex corporibus sunt in quātitate multa. Quare summarie tibi dico. q̄ puer donec fuerit in hoc esse. non poterit esse perfecti ītellectus. donec fuerit completus. qm̄ sicut membra eorum nō sunt completa in mensura ⁊ quantitate. ita eoz intellectus non est completus: donec veniant ad etatem perfectam. Sed quando senibus accidit perturbatio ītellectus ꝓpter diminutionē substantie cerebri. tunc cura ipossibilis est. Tamen rege eos ꝓpinando eis amigdalas dulces ad comedēdū cū pane bene fermentato. ⁊ çuccaro. qm̄ ista augent substantiam cerebri. ⁊ etiam vua passa est eis vtilis. quia impinguat eam. Et hic defectus qui fit in cerebro. fit in parte anteriori. ⁊ ꝓpter hoc imaginatiua solum ꝑ maiori parte senibus destrui reperit̄. ⁊ interdum etiā eis destruit̄ cogitatiua. quando cōsumitur cerebz qō in media cellula existit. ⁊ etiā memorialis quādo diminuitur substantia ipsius cerebri. que in posteriori cellula collocatur. Quare ad restaurandū hāc humiditatem. da eis amigdalas cum çuccaro sicut dixi. ⁊ vnge caput eius cum oleo amigdalaz dulcium cui sit admixta decima ps ipsius de oleo masticino. eo q̄ membra ꝑncipalia non sustinent medicinas in quibus nō sint ea q̄ habent confortare: cuius accidens egritudinis ea non requirat. quoniā ītendere debes ad confortandum ⁊ fortificandum partem illam in qua egritudo reperitur. Sed extis tribus partibus cerebri. posterior citius exiccari deberet rōnabiliter ꝓpter sui naturam ⁊ complonem ceteris alys. Sed quia aer leuiter ad eam pertingere nō pōt. ꝓpter grossitudinem ⁊ soliditatē ossis cōtinentis ipsuz. Et q̄ est omnino cōclusum absq̄ omni foramine ⁊ porositate. ideo minorem recipit desiccationem. Sed pars anterior cerebri: eo q̄ os eius continēs ipsum est apertum ⁊ porosum. ⁊ aer ad ipsum per anhelitum cito ptingere pōt. ideo citius desiccat̄. ⁊ etiā citius cū cerebruz quod in media cellula esse reperitur: eo q̄ aer ad ipsuz nō ita cito pōt peruenire nec ita leuiter. Et q̄ os cōtinens ipm̄ simil̄ est obtusum solidum ⁊ absq̄ porositate sicut est os posterioris partis cerebri. ideo longinquum a siccitate esse reperitur. Et quādo siccitas cerebri superuenit in ista parte anteriori. vel in alys oībus partib⁹ simul. cura erit difficilis valde iuuenib⁹. ⁊ etiā alys qui sum in maiori etate. cuius fit possibilis. Sed decrepitis est impossibilis omnino. vnde intendas in curatione istius partis vel omniuz partiū cum medicinis suprādictis. Sed attende q̄ quando os cranei vel vbi os ipsius fuerit densum solidus ⁊ absq̄ porositate tūc vti debes fortioribus medicinis: eo q̄ graiter ⁊ difficulter possunt penetrare. Sed vbi inueneris craneum porosum ⁊ non ita solidum: citius possunt medicine intus penetrare. Quare leuioribus indiges medicinis ⁊ debilioribus.

¶ Caplm. XVII. Qō est de humiditate que oriť in cellula anteriozis cerebri ⁊ circa cerebrum.

Scias q̄ humiditas subtilis que oritur in cellula anteriozis cerebri ⁊ circa ipm est immēsi fetoris: ⁊ ex illo ītellectus pturbatur. ⁊ non potest infirmus caput suum sustentare. ⁊ non loquitur nisi cum difficultate magna. ⁊ quādo interrogatur de aliquo tarde ⁊ pigre ⁊ cum perturbatione respondet. ⁊ pro maiori parte non intelligitur. ⁊ est absq̄ intellectu. Et ego tempore meo vidi quendam cui superuenit hec egritudo: ⁊ nulla medicīa ei pdesse potuit ⁊ mortu⁹ fuit īde. Et hec egritudo multotiēs accidit ouibus: ⁊ ouis illa que habet hanc egritudinem a pastoribus dicit̄ matronia. Et cura huius egritudinis est caput cauteriçare. ⁊ sine dubio cirugy multum errant. cauteriçantes omnes in capite quibus accidit perturbatio intellectus. ⁊ sequitur inde maximum nocumentum: quoniam si causa egritudinis fuerit caliditas ⁊ siccitas: vel caliditas solum: aut siccitas solū: aut fuerit causa ex diminutione substantie cerebri: considera quid inde cōtingere potest. Sz in hac egritudine sine dubio cauterizatio est cura vtilior alys quia desiccat bozribilem humiditatem. ⁊ eam extrahit ad partes exteriores. Et si posueris in naribus ipsius succum rose canine. que arabice dicitur secaicanabamaz multuz confert. Et etiam alia medicamīa que a medicis assueta sunt inyci in naribus faciēdo caput purgari. sicut est aqua sicle. ⁊ aqua cucumeris agrestis. ⁊ similia. Et continuando has medicinas ⁊ rectificando regimē ipsius poterit liberari. ⁊ desiccabitur inde humiditas illa nociua. ⁊ liberabitur deo dante.

¶ Capitulū. XVIII. Quod est de scothomia que in arabico dicitur abscedar.

Et accidit aliquādo homini q̄ stando ⁊ sup/sedendo apparet ei q̄ omnia circumuoluantur dōec cadat. Et oritur hec egritudo ex vaporibus subtilibus ⁊ acutis colericis ascendētibus superius per arterias ad cerebrum replendo ipsum. ⁊ accidit spiritui naturali motus malus. Et predicti vapores ascendunt superius ꝓpter amplitudinem arteriarum: que tales a natiuitate exist̄t. Quare predictis confert incidere arterias: que sunt post aures. Sed si dicti vapores ascēdunt per arterias retis vel retine miraculose modicum inde sequitur iuuamentum. Et si ꝓuenerit dicta egritudo ex amplitudine aliarum arteriarum tunc cōfert incisio predicte arterie. Et debet medicus infrigidare cōplexionem huius infrigidatione temperata. s. ꝓpinando ei lactucas elixas ad comedendum. ⁊ ad potandum aquā ordei cum agresto: nisi stomacus fuerit īmense sensibilitatis: ⁊ potabis eum etiaz aqua ordei. ⁊ aqua frigida cum aqua rosata. Et ab omnibus fructib⁹ abstineat: ꝑterq̄ a medullis seminum anguriarū ⁊ citroꝛum: que ei exhibere debes postq̄ cognoueris q̄ dicti vapores ab humoribus colericis fuerint generati. Sed illa que a stomaco ꝓcedit ad cerebrum potest ex humore vno oriri. vel ex pluribus ex quibus generantur vapores ascendentes ad cerebrū. Et cura huius leuis satis existit .s. purgando stomacū cum aqua infusionis mirabolanorum citrinorum. ⁊ scamonee ⁊ violarum. Et cōfert etiam

bec decoctio: que purgat stomacuz a colera. ℞. seri lactis coagulati cū lacte fici libraz. ℌ. ⁊ infunde in eo aur̄. iiy. corticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ ⁊ violaꝝ aur̄. v. Alchacar sicci aur̄. v. ⁊ pmaneant oīa simul in dicto sero vsqꝫ mane. ⁊ tunc colentur optime fricando ⁊ expimēdo: ⁊ in predicta colatura adde quartam partem aur̄. i. ex scamonea miscēdo ei aur̄. x. syrupi mastic. ⁊ x. syrupi citonioꝝ. da bibere ⁊ tardet cibum quousqꝫ compleuerit opus suum. Et si modicum assellaret ex dicta potione da ei ad bibendum de dicto sero: expectādo sicut in alys medicinis. ⁊ ciba cum pane optime fermentato cum pullis vel carnibus edinis decoctis cum vino granatoꝝ ⁊ agresto. Et femine laudabiliores in hoc casu existunt masculis: ⁊ ex ipsis adhuc meliores sunt albe. ⁊ post que varie existunt. Et aquaz ordei bene preparatam cum aqua dulci eis similiter conferre dicimus. Sed si dicta egritudo ex humorib⁹ putridis orta fuerit. tunc yerāpigram cum sero lactis vtilem ⁊ sufficientem eis esse dicimus. ⁊ etiam aloes solum cum sero confert. ⁊ si ei miscueris aliquid agarici erit melius. Sed si predicta putredo in stomaco fuerit ide oritur fetor oris ⁊ scissura labioꝝ: ⁊ est possibile q̄ ex dicta putredine eueniat cerebro calefactio subita cum horribilibus cogitationibus. ⁊ propter impetuositatem ⁊ fortitudinem accidentium impediuntur spiritus animales intantum q̄ vere videntur ⁊ eleuantur: ⁊ conculcantur subito: ⁊ mouentur extra eis motiōibus: ⁊ inde segtur scotomia. Et hoc multotiens vidimus q̄ quādo alicui subito euenerit aliquid quod immutet fortiter spiritum animalem q̄ illud facit euenire scotomiam. Et cura huius est cura p̄scripta faciendo euz odorare rosas cū mirtela madefactas in aq̄ rosata. qñ liberabitur cum adiutorio dei.

¶ Capl̄m. XIX. Quod est de dolore totius capitis qui quidem in arabico dicitur baidda.

ET dolor fortis qui accidit in capite aliquādo est continuus. ⁊ aliquando est cum interpolatione habens paroxismos. Et qui habet ip̄m non potest sustinere voces ⁊ vociferationes fortes propter debilitatem nerui audibilis. ⁊ propter debilitatem etiaz totius cerebri: ⁊ sine dubio tales voces excitant dolorem. Et non mireris quia quando dolor fortis est in aliquo membro augetur ex forti voce. Et causa huius est aer motus a forti voce qui percutit membrum dolorosum: ⁊ inde dolor augetur. Et hec est opinio Hali. etiam in egritudinibus oculoꝝ. cui quidā in hoc obuiauerunt. medici vero minime: immo septētys ipsius totaliter adheserunt. Et qui habet hunc dolorem similiter non potest aspicere in magno splendore: eo quia sicut neruus per quem auditus ad cerebrum tendit non potest fortem sonum ferre: ita neruus opticus per quez species visibilis venit ad oculum non potest magnum splendorem ⁊ lumen sustinere: eo q̄ quando tam fortis dolor est in toto capite: impossibile est quin etiam oculi nō sentiant. ℞. Remanet ergo nobis iquirere vbi ⁊ in quo loco seu parte capitis iste dolor p̄ncipaliter existat. ⁊ absqꝫ dubio dict⁹ dolor inuentus est in panniculo qui sub craneo morat̄. i. dura matre vel in illo qui est post istum circundans cerebrum. i. in pia matre: ⁊ quando in aliquo dictoꝝ est dolor non potest ferre vocem magnā nec lumen intensuz. ℞. Restat adhuc scire quid sit dolor. ⁊ causa eiusdem. Jam ergo declaratum est q̄ dolor nil aliud est q̄z sensibilitas cōtrarie qualitatis existentis in membro. quare cum perseuerauerit perducet ad solutionem continuitatis. Et solutio continuitatis accidit aut ꝑpter extrinsecam: sicut incisio ensis vel percussio facta a re aliqua: aut ex contusione. Et potest etiam esse solutio continuitatis ex extensione valida facta a superflua repletione, aut ex vētositate vaporosa. Et si ventositas dicta vaporosa facta fuerit a frigore. potest etiam ex eadem dolor fieri fortis: eo q̄ quelibz res que hz subtilez nām pungit: q̄z sit frigida. Et tu scis q̄ vapor natura sui subtilis existit. ⁊ hac de causa ꝓuenit solutio ꝯtinuitatis: sicut apparet in rebus extrinsecis: q̄ qñ extenduntur fortiter vltra debitum laniantur ⁊ rumpuntur. Et acuta etiā qñ recipiuntur sunt cā solonis ꝯtinuitatis. Et argilla similiter seu terra malaxata optime cuz forti aceto. ⁊ exterius epithimata soluit continuitatez cutis. Et etiā siccitas cū in corpore superflue exuberauerit cuz modica extēsione illud idem leuiter facere potest. Et qñ frigiditas superauerit intantū q̄ congelatur membrum ⁊ induratur: segtur inde solutio cōtinuitatis. Et etiā ex rebus calis ⁊ acutis receptis per os vel exterius emplastratis: fit solutio ꝯtinuitatis: sicut ex sinapi ⁊ tapsia: q̄z ex sua subtilitate ꝓfundantur: ⁊ corrodunt ⁊ soluunt cōtinuitatem. Et nos videmus q̄ acetum q̄z is id qō in sua cōplone dñatur sit frigiditas sicut dicit Hal̄. frāgit vtres ⁊ pforat eos: ⁊ rumpit vegetes. Et sit etiam solutio continuitatis ex coagulatione sicut cera ⁊ pix. qz quādo sunt coagulata frangunt̄ ex leui extensione vel a ꝑcussione ab aliq̄ re dura. Sequit̄ ergo q̄ iste dolor tā difficilis ⁊ fortis sensibilitatis esse nō potest nisi a supflua repletione ⁊ extensione existente in membro valde sensibili. sicut est dura mater ⁊ pia mater. Et quādo fuerit ex vapore frigido ibi recepto: dolor erit validus atqꝫ grauis. Et si fuerit ex calido vapore existēte in locis predictis leuiter illū cognoscere potes. eo q̄ dolor erit acutus valde ⁊ mordicatiu⁹. Et tactu etiā ip̄m cognoscere potes. Et signuz illius qui fit a frigiditate vel a vapore frigido est quia infirmus delectatur in appositione rez calidarum actu ⁊ potentia sup caput: ⁊ videtur inde recipere iuuamentum ⁊ sentit in capite dolorem magnum cum grauedine ⁊ ponderositate. atqꝫ mordicatiōe ⁊ punctione. Et qui fit ex caliditate est dolor difficilis atqꝫ fortis cum punctiōe et mordicatione. ¶ Et cura generalis istius doloris est rectificare regimē ipsius comedendo ordinate ⁊ debitis horis. Or si fuerit dictus dolor ex repletione cum grauedine: cura eius propria est flebotomia. considerando tēpus. etatem: cōsuetudinem: regionem: ⁊ cōplexionem. Et qui fuerit ex vapore frigido: curatur vapozādo caput cum sticados: ⁊ si fuerit ex calido confert ei bibere aquā rosatam confectaz cum psilio integro: qñ medici ꝓhibent pistationem eius. Or si fuerit predictus dolor ex repletione multa sanguinis: flebotomandus est ex cephalica. Et si ex arteria flebotomaueris: longe melius erit: sed scire debes q̄ sanguis ille cuz magna difficultate retinetur ⁊ solidatur: ⁊ propter hoc tecum habere debes ea que habēt sanguinē fortiter retinere: sicut sunt pili lepozis minutissime incisi mixti cum albumine oui ⁊ gipso: aut folia mirte subtiliter puluerizata cum psilio integro mixtis cuz aqua rosata: ⁊ ponere super locum similiter stringit. Et cuz vis incidere arteriā: ipsaz stringe versus radicem sui: ne superflue sanguis exire possit. incidendo eaz cum re frigida. ⁊ non cum igne. Et si cognoueris flegma cum sanguine abundare. fac eū vti exercitatione tēperata cibando cum cibis declinantibus ad caliditatem temperatam ⁊ siccitatem: sicut sunt turtures ⁊ passeres: ⁊ bis similia. Abstinendo ab ouis ⁊ piscibus: ⁊ panata q̄ in arabico dicitur caride: ⁊ ab aqua frigida valde: sed quādo vis eam ꝓpinare miscere debes cum ea aliquid mellis vel zuccari: aut rob vre passe decoctum vsqꝫ ad spissitudinem mellis: faciendo vt recipiat eam tepidā. Et si cognoueris manifeste q̄ dictus dolor a vaporibus calidis procedat: incide arteriam incisione frigida: faciēdo euz abstinere ab omni re calida: ⁊ ciba cū gallinis elixatis in aqua cū modico olei ⁊ salis ⁊ aceti. Et potes etiā

eam coquere cū cucurbita:nō ponēdo gallinā cuz cucurbita:nisi post decoctionē cucurbite. Et pōt etiaz decoqui cū succo granatoꝝ:ꝛ fac eū multotiēs odorare mirtellaz cuz ligno aloes ꝛ sandal'.ꝛ purga euz cuz sero lactis coagulati cū lacte fici addēdo ei aliquid scamonee. Et cū fuerit purgatus numera sellas:ꝛ quot vicibus ambellauerit: tot diebus quiescat post purgationē:ꝛ postmoduz facies euz vomere:ꝛ post vomituz iterū euz purgare debes. Et iam superius declarauimus loca que apta sunt recipere hunc dolorē:q̄uis videat̄ ꝙ dolor in osse existat. Et quomodo hoc esse posset:cū ſm opiniones quoꝝdaz os omnino careat sensu: Et ego dico ꝙ si aliquid habet os de sensu:est valde grossuz:ꝛ ꝓpter hoc impossibile est ꝙ illic dolor ꝓcipiatur.ꝛ iam inuenim⁹ Hal'.dixisse que adinuicem sunt opposita:quando dixit ꝙ ossa omnino sunt absq̄ sensu:ꝛ alibi dicit ꝙ dentes habent sensum:ꝛ nō grossuz:imo valde intensum. Et opinio magnoꝝ medicoruz est ꝙ sensus nō sit in aliquo membro:nisi veniat in eodez per neruos subtilissimos diuisos:ꝛ contextos ibidez. Quare cū ossa nō videan̄ habere talez texturā neruoruz: sensuz habere nō debent. Et ergo sicut cerebruz mittit virtutez sensibilem per neruos oībus membris.ita epar sua virtute naturali mittit nutrimentū per venas omnibus membris.ꝛ si ossa ideo carent sensu:quia nerui in eisdem nō sunt diuisi ꝛ contexti minutissimi: vt capilli eadez ratione oīno absq̄ nutrimēto ꝛ augmētatione esse deberent:cuz vene capillares diuise in eis nō reperiant̄:neq̄ virtus naturalis fortior esse reperitur in ītroitu membroruz q̄z animalis:imo animalis valde fortior iudicat̄. Et tu vides ꝙ ossa q̄diu sunt in corpore animato permanent sine putredine ꝛ corruptione:ꝛ etiaz omnes cartilagines. ꝛ cuz priuatur corpus a vita:corrumpunt̄ur omnino. Ergo quid est illud quod ꝓseruat ossa in corpore animato a putredine: Nō potest negari quin illud sit spiritus vitalis procedēs per arterias ad omnia membra que arterie in membris ipsis minutissime diuiduntur.ꝛ eodem modo ossa recipiunt nutrimentū ꝓpter vicinitatē venaruꝝ nō pulsatiliuz Quare ergo hac eadez ratione ꝛ via nō possunt recipere sensum ossa ꝓpter vicinitatem neruoruz.sed naturaliter ossa inq̄ntuz sunt ossa multe existunt siccitatis. ꝛ propter hanc sunt grossi ꝛ debilis sensus: ꝛ apparet hoc in plantis pedum rusticoruz:quia q̄uis lente ꝛ debiliter recipiant sensum:tamen nō omnino a sensu priuātur:quoniam vides ꝙ quādo aliquid ex ipsis inciditur ferro q̄uis non sentiant dolorem:de quo sit curandū:tamē sensuz habere probantur. Et quia ossa duriora ꝛ siccioza existūt plantis pedum rusticoruz: ideo lentius ꝛ tardius ꝛ grossiori modo sensum percipiunt. Et si aliquis dixerit scriptū eē ꝙ ossa careant sensu.dicimus ꝙ illud dictuz est eo modo quo dicitur quādo aliquis habet collum breue: ꝙ careat collo:ꝛ ꝙ qñ aliquis hz debilitatē visus ꝙ careat visu. Et ista que dixi dico ſm meā existimationē ꝛ intellectū: ꝛ ē veritas oīno:ꝛ inuestigare hoc per viaz experimēti in aialibus est difficile valde:qñ quādo in aliquo mēbro inuestigando ꝓcedes:incides ꝓmo carnez:ꝛ postmodum neruos:demū pelliculaz q̄ coopit os.ꝛ scire debes ꝙ oīa ista acutissimi sunt sensus. ergo cuz peruenit̄ ad os incidēdo vel rascādo:quō sentire hz cū sit debilissimi sensus:ꝛ hoc certissime scire debes auctoritate ypocrat̄:ꝙ qñ duo dolores simul fiunt:maior denigrat alterum.ꝛ absq̄ dubio ossa habent sensum q̄uis modicū: ꝛ quomodo nō debet occultari dolor in osse cū sit debilissimi sensus: post īmediatā icisionē factā in carne neruis ꝛ pelliculis q̄ sunt mēbra tāti sensus.certe sic ē hz absq̄ vlla dubitatione.

¶ Capitulū.XX. Quod est de emigranea que in arabico dicitur sechichia.

Migranea est egritudo capitis in qua dolor comprehendit mediā partem capitis. quare scire debes in qua parte sit egritudo p̄dicta Et scire debes ꝙ esse nō potest in aliqua parte capitis nisi in pāniculo qui cooperit cranium exteri⁹: vel in illo qui est sub ipso:q̄ dicit̄ dura mater: aut in illo q̄ est circūdās cerebrū:qui pia mater noīat̄. Et differētia que est inter istā egritudinē ꝛ ꝓscriptā que dicitur baidda: est ꝙ illa est in toto capite. ista vero solum mediā retinet ptez. Et oriť hec egritudo:aut a vētositate calida:aut ex repletiōe supflua. ꝛ que ex vētositate calida ꝓcedit:fit subito ꝛ cū extensione forti:ꝛ sentit īfirm⁹ acuitatē humoris.vñ resoluit̄ vapor in loco in quo est.ſz si fuerit ex replone:sentiet ifirm⁹ grauedinē in loco cū rubedine oculoꝝ ꝛ faciei.ꝛ pōt etiā euenire ab humoribus existentibus in stomaco a quibus vapores ꝛ fumositates resoluuntur qui ad caput ascendunt:ꝛ ibi percipit̄ incendium ꝛ mordicatio valida. Et flebotomia q̄dem confert. quādo fuerit ex repletione ꝛ infrigidatio corporis etiam cum rebus notis ꝓscriptis. Et ciba euz pullis ꝛ gallinis decoctis cum succo granatoꝝ acetosorum. Et potet aquā ordei:ꝛ abstineat oīno ab omnibus ꝓcreantibus fumos vel vapores acutos:sicut est vinum coctum ꝛ vinū passularum ꝛ similia. Et abstineat etiā a pomis granatib⁹ dulcibus:qm̄ cito in coleraz vertuntur. ꝛ sic eis non modicū nocere videntur. Et quādo dicta egritudo ex repletione fuerit sola flebotomia aliquādo pōt liberare. Hz qñ causa fuerit ex superabundantia calidoruz humoꝝ existentiuz ꝓin stomaco a quibus vapores superius ad caput ascēdunt. Cura eius propria existit euacuare illos cum laxatiuo conuenienti:aut cum vomitu leui:ꝛ sufficit hec purgatio. Rz. mirobalanoruz citrinoruz ꝛ chebulorum ꝛ indorum.ꝛ violarum.ꝛ nenufar.aā.aur.ℨ. conquassentur optime.ꝛ ponantur in feruentem aquam per noctem vnam. ꝛ in mane colentur exprimēdo fortiter.ꝛ illi colature adde quartam partem aurei vnius ex scamonea trita.ʒi. ſyrupi acetosi.ʒi.ſyrupi facti ex coꝝ.citroꝝ.ꝛ.ʒi.ſyrupi masticini:ꝛ ꝓpina ei ad bibendum.ꝛ si nō purgabit̄ sufficienter:da ei ad bibendū de predicta colatura: soluz regendo eum sicut cōuenit medicamini:dando ei in cibis si superabundauerit humiditas in stomaco que habeant eā exicare ꝓut tibi videbit̄ cōuenire.dādo ei semp post cibum aliqua stiptica confortātia ꝛ cōuenientia stomaco vt sunt pira assata:vel citonia:vel alia similia.

¶ Tractatus.ℨ.de egritudinibus colli.ꝛ est cōtinens capitula decem ꝛ octo.

Cias q̄ collum cōpositum est ex mēbris simplicibus ꝛ compositis.ꝛ ipa officialia composita sunt ex cōsimilibus:ꝛ inquantum collum compositum est ex cōsimilibus eueniunt ei egritudies consimiles:ꝛ inq̄ntum collū ꝓpositus est ex officialib⁹ mēbris eueniūt ei egritudies officiales. Et nos intendimus dicere egritudies q̄ possunt ei euenire.

¶ Capm.I. Quod est de oppilatione.

Ec quidem egritudo.ſ. opilatio accidere pōt in venis:neruis:ꝛ in ipsa nucha. Et cura hui⁹ est manifesta.ſ.cum rebus aperitiuis ꝛ subtiliatiuis humoꝝ.ꝛ hec cura est generalis opilationibus omnium membroruꝝ.

¶ Capitulum.II. Quod est de relaxatione.

Ec quidē egritudo accidit in collo maxime accidēt̄al'r.ꝓpter apostema qō fit vel orit̄ i nucha: ꝛ inde sequit̄ sub apate relaxatio oīum mēbroruꝝ gēāl'r.ꝛ si fuerit apa magnū valde:vel forte iterimit subito, Hz si fuerit apa

paruum cū modico dolore ⁊ tumore: nō inde efficitur relaxatio. ⁊ si apostema cū tumore factus fuerit solum ūmediate nuce p̄uabitur ide sensus solū in media parte corporis. s. exposito: sed motus remanebit in parte apostematis. quare talibus in p̄ncipio cōsulimus fieri flebotomiaz si virtus fuerit sufficiens: ⁊ postmoduz inungere locū cuz coto madefacto in oleo rosato tepido multotiens: ⁊ ipsuz cotuz sic madefactū per totā noctem desuper tenere vsq; mane. Et esto certus q; si cōfirmabit apostema deueniet infirmus ad p̄uationē sensus ⁊ motus: vt supra dictum est. Et scire debes q; opinio quoruūdā antiquoz medicoꝝ fuit: q; p̄uatio sensus vel motus: vel vtriusq; simul nō fit: nisi ex frigiditate soluz. Sed nos dicimus q; possibile est p̄uationem sensus ⁊ motus fieri in corpore temperato: ⁊ etiaz in illo cui caliditas modicuz excedit: ⁊ absq; dubio egritudo hec euenire potest ex diuersis causis: ⁊ etiā ex frigiditate.

¶ Cap. III. Quod est de spasmo.

ET fit qdez spasmus in collo sicut in alys mēbris accidere cōsueuit. Et est duarū specieꝝ. s. ex siccitate ⁊ humiditate: ⁊ spasmus qui fit ex siccitate possibile est vt accidat successiue ⁊ paulatine: ⁊ possibile est q; fiat subito propter intēsam euacuationē humiditatū factaz subito. Sz spasmus qui fit ex humiditate: semp subito habet ꝓuenire: ⁊ huius humiditatis sunt due species: vna quidez que nō cōuertitur in vapoꝛez: sed remanet sic ifusa in neruo. vnde ingrossat: cōtrahitur: ⁊ abbreuiatur: ⁊ sic spasmus efficitur. ⁊ est etiā alia humiditas: ex qua resoluit vapoꝛ: ⁊ inde spasmus efficitur: eo q; mēbruz qō ferre poterat dictaz humiditatē anteq; cōuertere in vapoꝛez: post ꝓuersionem eius minime potest eā sustinere. quare inde spasmus habet deuenire. Et siquis nobis obyceret dicens: q; in eadem hoza in qua humiditas resoluitur in vapoꝛem. dolor inde percipi deberet: ⁊ nō sentimus illū. dicimus q; vapoꝛ donec in motu existit pro maioꝛi parte nō facit doloꝛez: nisi figat: quoniā si vapoꝛ fuerit acutus ⁊ mordax: nō tamen ex eo percipit doloꝛ: sed incendiū soluz ⁊ mordicatio inde habet ꝓuenire. Sed spasmi qui fit ex siccitate: cura est generalr humectare corpus totū: ⁊ specialiter mēbruz spasmatū. ⁊ si fuerit ex humiditate purgabis euz cū yerapigra: ⁊ sil'ib⁹. ⁊ vnge locuz cuz oleo de iasemini ⁊ camomillino. ⁊ oleū de lilio est medicamē ꝓp̄riū spasmo qui fit ex humiditate. ⁊ si fuerit dicta humiditas in vapoꝛem cōuersa: ⁊ inde factus sit spasmus: purgabis euz cuz medicinis p̄dictis: ⁊ vnge locū oleis p̄dictis addēdo eis ysopum recentem.

¶ Cap. IIII. Quod est de tremoꝛe.

HEc egritudo oꝛitur in collo sicut in alys mēbris: ⁊ est pugna ⁊ temptatio victoꝛie: que fit inter p̄derositatez mēbri ⁊ virtutē quā deꝰ p̄stauit motui mēbroꝝ aīaliū: qñ qñ dñat grauedo ⁊ p̄derositas mēbri supra virtutez ipsius iclinat inferius. ⁊ si virtus ꝓualebit p̄derositati ⁊ grauedini eleuabit superius. ⁊ sunt duo motus qui fiunt successiue: ⁊ isti motus diuersi cū coadunant simul dicūtur tremoꝛ. ⁊ collū quidē ꝓparatū est recipere tremoꝛez ex qualibet leui causa adueniēte vtuti motiue ꝓpter grauedinez ⁊ p̄derositatē capitis: qñ caput pre ceteris mēbris boīs grauius ⁊ p̄derosius extitit. Et scias q; tremoꝛ accidit aut post egritudies: aut post euacuationē superfluā aut ab extrinseco ꝓp̄ frigiditatē aeris: aut ꝓp̄ percussionē: aut ex vulnere aduenieēte capiti solidato aut nō ꝓsolidato. ex qb⁹ vtus motiua debilitat. vñ fit tremoꝛ. Et capita lepoꝛū elixata cū aq; ⁊ sale ⁊ oleo rasea comesta iuuāt mirabiliter: sicut experimēto ꝓbat: ⁊ hoc iuuamētū faciū virtute diuina in hac egritudine que vtus dicit vtus occulta: seu a tota spē. Et iā aliqui veteres conati sunt loqui super hac virtute: ⁊ ego dico q; ipossibile est scire certitudinez ipsius: qñ itellectui humano adeo sublimi ⁊ glorioso īposit⁹ est terminus vltra quē ipole est ipsuz ptrāsire. Et o q; bene dixit Hal'. qñ dixit q; ista scire ptinet ad solū deum altissimū ⁊ oīpotētē: qz videm⁹ q; medicamina vlceruz: pulmonis: ⁊ pustularū ipsius in hoc mūdo repiunt: ⁊ nos ipsa ignoramꝰ: tñ pecudes ipsa cognoscūt: qz qñ aliq; ouis hz vlcus in pulmone separat ab alys: ⁊ vadit querēdo res. Et dicūt pastoꝛes q; ipsa querit herbā vel herbas ad comedēdū: ⁊ in cōtinēti post comestionē liberat a vulnere liberatiōe pfecta. ⁊ ego iam vidi in pulmonibus pecudū signa solutiōis cōtinuitatis cū cōsolidatione itegra ⁊ perfecta: ⁊ nō cognoui nec cognosco herbā illā hucusq; neq; etiā aliqui ex p̄decessoꝛibus nostris ipsam cognouerunt. ¶ Syrupus cōferens tremoꝛi ⁊ confoꝛtat oīa mēbra: ⁊ caput ꝓprie. ℞. rubee tinctoꝛis sticados: ⁊ coꝛticis citri: ⁊ coꝛticis exterioꝛis fisticoꝛuz ana. ʒ. i. thuris puri: masticis ⁊ rosarū ana auī. v. ⁊ liquiricie pondus quarte partis oīum p̄dictoꝝ. conquassent omnia ⁊ infundant oīa p̄ter mastic. i. xv. libꝛis aque feruētis p̄ noctē vnā. postea adde masticē: demū bullias lento igne ponendo cum p̄dictis ad bulliēdū aur. i. puri auri. ℔ bulliāt vsq; ad ꝓsumptionē medietatis. ⁊ cola optime exprimēdo. i dcā colatura pone libꝛas. v. syrupi facti cū decoctōe coꝛticis citroꝝ ⁊ zuccaro. decocti ad spissitudinē ⁊ libꝛā vnā mell' dispumati: ⁊ bulliāt sil' vsq; ad spissitudinē sirupi. ⁊ bibat ex isto syrupo patiēs oī mane. ʒ. y. cū. v. ʒ. aq; in q̄ extīctū sit ferrū purū mūdū ⁊ limatū: ⁊ oīo absq; erugine. ⁊ cuentatum ab oī cinere. seu puluere vel soꝛdicie. q̄ ꝓsueuit ferro adhere re: ⁊ tādiu dz ipsuz calefieri ⁊ in ipsa aq; extingui. donec aq; medietas ꝓsumat. ⁊ postmodū colet. ⁊ cū ipsa syrupus dz distēperari. Et iunge nucham ⁊ collū descēdēdo iferi⁹ per spinā vsq; iferi⁹ cū oleo de ben aromatizato. ⁊ si nō iuenis illud. q̄uis nō sit ita vtile facias cuz oleo sinapis. Et ē necesse medico cōsiderare ⁊ subtiliter attēdere oīa ista. s. cōplonē patiētis. etatē. tēpus. regionē. ⁊ cōsuetudinē. ⁊ regimen eius tpe sanitatis. i. si hō laboꝛiosus sit ⁊ assuet⁹ pati vigilias. aut nō ⁊ fm q̄titatē coadunatōis p̄dictoꝝ facere dz medic⁹ ꝓut melius sibi videbit ꝓuenire. addēdo vl diminuendo. Et scire debes qō differētia est iter cibum ⁊ medicinā: eo q; medicinā mēsurare debem⁹ fm tps. etatē ꝓplonē. ⁊ ꝓsuetudinē. ⁊ regionē. ⁊ egritudinē. sed cib⁹ minime sic est mēsurādus: qñ si ꝓplo cibi elōgata fuerit valde a ꝓplexione patiētis. q̄uis talis cib⁹ frangat ꝓplonē et cām egritudis. tñ inde coꝛp⁹ nō recipit nutrimentū. sz expellit cū fecib⁹ ⁊ superfluitatib⁹: quare opz vt cibus sit complexionis eē lis: neq; eū cōuertere debes ad oppositū cāe facientis egritudinē. vbi gra. vt si sit senex frigide cōplonis: ⁊ in tpe frigido. ⁊ nō assuet⁹ laboꝛi ⁊ exercitio. ⁊ cibes eū cibis calidis. nō ide recipiēt nutrimētū mēbra sua. immo repudiabūt. Et si qs dixerit q; mel est cib⁹ calid⁹ ⁊ senibus laudat⁹. dicim⁹ q; q̄uis sit calide ꝓplexionis: nō tñ multū in caliditate excedit. ⁊ nō calefacit coꝛp⁹ nisi itātū q̄tuz recipit de caliditate a coꝛpe: eoq; nō multū elongatur a ꝓplone nāli coꝛporis nisi itātū decoq̄reť q; ei⁹ saporꝛ ad amaritudinē deueniret: ⁊ tūc mēbra senis: ⁊ etiaz alioꝝ non recipient nutrimentū. Mel autē cum sit dulce non multū elongat a cōplexione equali. ⁊ senex est aīal. ⁊ inq̄tum est aīal. habet caliditatē actualē. mel vero cuz sit calidū eius tamē caliditas est potētialis. ⁊ caliditas aīal' est manifesta: ⁊ mellis caliditas est occulta. ⁊ ꝓpter hoc nutrire potest. Res autē q; excellenter calida existit neq; p̄estat nutrimentū senib⁹ neq; alys. Et etiam si iuuenes qui calidas patiunt egritudines nutrire volueris rebus

frigidis in excessu:nō inde nutrientᵉ:imo repudiabuntᵉ ta-
lia a nā sui corpis:quis talia cause egritudinis sintᵉ ꝛia:
qñ si talē infirmū nutrire volueris folys mādragore:nō
restaurabiᵉ:neqꝫ nutrieᵉ aliqd ex eis. Sed in lactucis est
res laudabilis valde:qr qꝫuis eiꝰ frigiditas fortis existat
eius tñ suba nō est grossa. qre cito a corpore incipit passio-
nem:ꝛ oīa que hic diximus:sint tibi in memoria in oībus
alys egritudinibus tanqꝫ necessaria.

¶ Cap. V. Qō est de egritudinibꝰ spōdiliū colli.

ALcidit spondilibus colli vt recipiant humo-
res viscosos: mucillaginosos qui diuidunᵉ ꝛ
spargunᵉ inter coniūctionē ipsoꝝ spōdiliū. ꝛ
accidit ex hoc qꝺ ipsa spōdilia ꝓfundenᵉ ītrī
secus vel extrīsecus ꝓmineāt. Et qñ exteriꝰ
ꝓminēt leuis tūc cura existit:qr ide nucha nō recipit lesi-
onez. sed qñ ītrinsecus ꝓfundāᵉ:tūc necem īducūt: qr in-
de sequit squinātia pessima ꝛ mortifera. ꝛ qñ a medico cā
talis cognita pfecte fuerit:purgare dꝫ corpus gñalr ab ꝫ
humore:ꝛ hoc facere poterit eū collogntida ꝛ bdellio: qr
sunt optima in hoc casu. Et stude in exiccādo illū humo-
rem dissoluēdo ipsuꝫ. Et pone super spondilia colli pul-
uerē gariofiloꝝ:ꝛ macis mixtū cū vino ad modū empla-
strī:ꝛ liga desup:ꝛ da ei ad deglutiendū ea que sint lenia
aliquātulū grossa:sicut ē mica panis optīe fermētati:ꝛ si-
milia. Et fac eū sternutare īclinato capite: qñ ide recipit
iuuamētū. Et in sūma dico qꝺ cura istius egritudinis ē ꝑ-
mo corpꝰ totū euacuare gñalr ab humore:ꝛ spāalr seu pti-
culariter:masticādo grana catapucie expuēdo exteriꝰ fla
qō ide exierit ab ore:ꝛ desiccādo humorē:seu ꝓsumendo.
ponēdo desup emplastrū ꝓdictū ex macis:ꝛ gariofilis di-
stēperatis cū vino:ꝛ stude paulatine ad redeūdū spōdile:
vel spōdilia ad locū suū nāle:cognoscēdo qꝺ hec egritudo
nālr piculosa est valde ꝛ festina. Et ꝓpter hoc studiosus
esse debes in cura:pstādo remedia absqꝫ dilatione.

¶ Cap. VI. Qō est de dislocatiōe spōdiliuꝫ colli.

DIslocanᵉ hec spōdilia:aut versus partez dex-
trā:vel versus sinistrāz. Et hec dislocatio est
valde grauis:ꝛ ide accidētia fortia ꝛ difficil-
lima ꝓsequuntur. ꝛ si dicta dislocatio vel tor-
tura fuerit parua. modicū ide ifirmo sequit
nocumētū. Sz si fuerit magna dislocatio:forma eius erit
sicut angulus rectus vel lauda ∧ ꝛ efficiᵉ ide relaxatio
totius corpis:aut sgnātia:ꝛ spasmꝰ. ꝛ hoc accidere pōt aut
ex casu:vel apate:q̄ faciūt exire spōdilia ex locis suis. Ex
dislocatiōe spōdiliū veniūt accidētia hec:qñ si fuerit dis-
locatio solū absqꝫ lesione nuche: accidit ex hoc paruitas
mēbroꝝ ꝛ ꝓuatio nutrimēti ipsoꝝ:ꝛ ꝓuenit ex hoc sic ac-
cidit arbori impfecte:fracte:in qua nutrimētuꝫ tortuose
ꝓcedit. ꝛ pōt etiā ex tali dislocatiōe infirmꝰ fieri gibbo-
sus. Sz si dislocatio facta fuerit solū in vna parte:cū hec
fuerit parua aduenit ide mēbris paucitas nutrimēti. sz si
fuerit magna fit ide relaxatio medietatis totiꝰ corpis. ꝓ-
pter extēsionē q̄ fit in alio latere:eo qꝺ qñ spōdili accidit
extēsio:sequiᵉ ide spasmꝰ absqꝫ dubio:ꝛ qōlibet istoꝝ ac-
cidētiū ꝑ se pōt inducere necē:ꝛ multo magis si oīa simul
fuerint ꝓgregata:ꝛ ego puto qꝺ relaxatio illa q̄ cā humoꝝ
fit:mortē ifert suffocādo ꝓpter ꝓuationē anhelitꝰ pecto-
ris. Et oībꝰ ꝓdictis egritudinibꝰ ꝓfert flōmia ꝓpter dubi
tationē apostematis:ꝛ resoluere id quod ifusuꝫ est de hu-
more:ꝛ deriuare ad aliā partē illud qō nōdū est ifusuꝫ:ꝛ
cōfortare locū lesum seu ꝓcussuꝫ. ꝛ id in quo oīa ꝑscripta
iuuamenta simul sunt coadunata: est oleum rosatum in
quo rose recentes vicibus pluribus sunt infuse. ꝛ sufficit
illud ad inungendum locū. ꝛ si res fuerit aliquātulū dila-
tata ad dissolutionē humoꝝ:adde oleū de lilio ꝛ de iase-
mino si poteris inuenire. Sed si egritudo fortis extiterit
operatio erit inanis. ¶ Et postqꝫ locutus sum de spondi-
libus:nūc loqui intēdo de nucha. Et scias qꝺ nucha est sic
fons a qua mittiᵉ oībus mēbris q̄ sunt sub ipsa sensus ꝛ
motus:ꝛ nerui sunt sicut riuuli qui oriunᵉ ab ipsa.

¶ Cap. VII. Qō est de egritudinibus nuche.

ET accidit in nucha aliquando stupor qui fit
a medico ꝓpter appositionē frigidarū rerum
desuper. aut ꝓpter equitationez factam per
magnā niuē:ꝛ fit inde q̄dā spēs egritudinis:
que in arabico dicīᵉ alchadar:in qua ꝓriuaᵉ
sensus ꝛ motus mēbroꝝ existentiū sub ipsa. Et huic egri-
tudini cōfert inungere locū cuz oleo nucū cui additū sit
in qualibet. ʒ. ipsius octaua pars aurei vniꝰ ex euforbio:
ꝛ si nō haberes oleū de nucibꝰ:pone loco eius oleuz de li-
lio mixtū cuz oleo oliuarū:ꝛ oleuz de ben etiā mixtū cuz
oleo de iasemino similiter in hoc loco ꝓfert valde. Et ad-
de predictis oleis ad cōfortationē calozis innati de oleo
balsami:ꝛ alia olea confortanᵉ accidentaliter calefacien
do ipsa ad ignem. ꝛ sic agendo operabitur tua medicina
perfecte. Et scias qꝺ id quod patitur nucha de egritudini
bus patiunᵉ etiā nerui qui oriunᵉ ab ipsa. Et mihi iā acci
dit id qō dicā tibi. s. qꝺ eundo precepto regis in abuçacba
dria cū frigore vehemēti ꝛ forti pluuia ꝛ vēto. qui qdē vē
tus mihi adueniebat ꝑte sinistra pede meo ex illa ꝑte ex ñ
te discoopto durāte illa tēpestate sic ꝑ totū diē. ꝛ sic eūdo
mihi cecidit patitus de pede:ꝛ nō potui ipz ītus reducere
eo qꝺ nō poterā mouere coxā:qre alicꝰ mihi posuit ipz ī pe
de. ꝛ itez cecidit:ꝛ reiteratꝰ fuit mihi:ꝛ tertio itez cecidit
ꝛ mihi ab alio īpositꝰ fuit:eo qꝺ mūme coxā ꝛ crus mouere
poterā. ꝛ tūc cogui qꝺ a pede crure ꝛ coxa ꝓuatꝰ erat motꝰ
ꝛ sensus. Et cū veni ad patrē meū nō potui ire sz ductꝰ fui
ab alys:qre iunctꝰ fui ī coxa ꝛ spōdilibꝰ īferioribꝰ cū oleo
illo qō appoztauerā cā illiꝰ ifirmi ꝑ quo veneraz q̄ qdem
erat palticꝰ. ꝛ ī quo ꝓuatꝰ erat sensus ꝛ motꝰ. ꝛ in illo oleo
erat balsamū. Et feci mihi aerē rectificari cū forti igne et
magno. ꝛ aduenīēte die fui liberatꝰ. et ꝑ certo scias qꝺ ner
ui citiꝰ valde apti nati sūt recipe egritudies q̄z īpa nucha:
q̄uis nerui sint duriozes ꝛ solidiozes ac dēsiozes ipsa nu-
cha:tñ qr sūt subtiliozes ipsa:iō citiꝰ ꝛ leuiꝰ pñt recipe pas
siōes. Et ēt qr a diuina ꝓuidētia nucha hz defensoriuz ad
sui custodiā ꝛ cōseruationē cū sit sicut radix:eo qꝺ a ōstru-
ctione ꝛ corruptiōe ipsius destruunᵉ omnes nerui q̄ sunt
sub ipsa:ꝛ non conuertiᵉ. s. qꝺ a destructione alicuiꝰ nerui:
vel neruoꝝ destruaᵉ nucha vel corrūpaᵉ.

¶ Caplm. VIII. Quod est de apostemate nuche.

HEc egritudo accidit nuche aut ī suba ipsiꝰ
aut in pellicula que est circundās ipam:ꝛ pōt
hoc accidere ab humoribꝰ diuersis sed ꝓpter
acuitatē ꝛ velocitatē egritudis opz te cē sol-
licitū circa flomiā: etiaz si virtus debilis fue
rit. Oz si fuerit debilis minues de q̄ntitate. si fortis fuerit
in maiori quantitate extrahere debes. ꝛ postmoduz pur-
gare humorē illum quē videris vel cognoueris abūdare
cum medicinis sibi appropriatis. ꝛ postea inunges locum
cum oleo rosaceo calefacto ad ignē: vel cum oleo rosaceo
mixto cū oleo de lilio. aut cum oleo de iasemini. aut cum
oleo de alchachoen. qōcūqꝫ eoꝝ inueneris magis apte:eo
qꝺ id qō iueniᵉ in ipsis nō est res de q̄ medicina magnam
faciat sollicitudinē. Et esto certꝰ qꝺ scia medicinalis non
curatur ab aliquo pfecte nisi ꝓst longā ꝛ multā ꝓsuetudi
nē. ꝛ longā experientiā in ipsa. ꝛ nullo mō cuz sophisticatio-
nibꝰ vl sophisimis logicalibꝰ. Eo qꝺ si aliqs sophisticādo se
voluerit intantū subtiliare in medicinis laxatiuis: vt ūue
niat in ipsis q̄titatē ꝛ qualitatē purgatiōis ꝓportionali
ter: vt egritudo ꝛ quantitas humoris vel humoꝝ exigere
videᵉ. ꝛ non excedat in plus vel minꝰ vno pilo, intantum

pturbabitur eius mens ⁊ intellectus ipsius taliter deuiabit: ꝙ tardabit in curatione infirmi intantū: ꝙ infirmus inde ad mortē poterit deuenire.

¶ Cap. IX. Quod est de opilatione nuche.

TQuidē opilatio q̄ fit i nucha accidit ab humore grosso: ⁊ pōt fieri in vna pte ipsi⁹ nuche vel in tota nucha. ꝙ si fuerit in pte: erit relaxatio cozpis eiusdē ptis ſm diametrū. ⁊ si fuerit in tota nucha: erit relaxatio toti⁹ cozpis ab illo ſpodili inferius. Et si dicta opilatio fuerit debilis atq; parua: accidet inde solū duricies ⁊ pigricia sensus ⁊ motus absq; relaxatiōe cōpleta. Quare medico ꝓuenire videt: ꝓpinare in hoc casu ea q̄ sunt apitiua subtiliatiua ⁊ incisiua: ⁊ vrine ꝓuocatiua. Et iā est cognitū ꝙ qōlibet apitiuū ⁊ incisiuū absterſiuū existit: ⁊ nō ꝓuertit ꝙ qōlibet absterſiuū sit aptiuū ⁊ incisiuus. Et scias ꝙ syrupus sgnçabin sgliticus fact⁹ cū melle distēperatus cū quattuor tiñ ipsius aque rosacee in hoc casu multū cōmendat. ⁊ si in eadē aqua rosacea decoctū fuerit aligd ligricie mūdate erit lōge melius: q; remouet acuitatē ⁊ pōticitatem aceti: ⁊ ide etiā remouet nocumētū qō in neruis hz generare. Et si cōpoſueris ei hanc medicinā erit valde vtilis. ℞. yreos: pollicarie: eupatory: asari. ana. auſ. i. centaureemaiozis q̄rtā partē auſ. i. ſcīs melonis mūdati ad pōdus medietatis oīuz p̄dictoz. ligricie q̄rtā partē totius p̄dictoz. cōquaſſent que sunt cōquaſſanda: ⁊ pone ad lētum ignē cū. ʒ. xv. aque donec redeat ad medietatē: ⁊ coletur optime exp̄imēdo. ⁊ pone i illa colatura de syrupo citri. ⁊ de syrupo ſquināti. ana. ʒ. i. ⁊ bibat ex illo. 7. dieb⁹ vel. x. ⁊ poterit esse ꝙ cū eo liberabit. ꝙ si nō liberaret ex eo p̄para te ad purgandū ipsuz ex illo humore. Et hec medicina est valde ꝓueniēs in hoc casu. ℞. almuchel ⁊ est bdelliū: ⁊ iaſſie qō ē armoniacū: ⁊ ales beneg. i. serapinū. añ. auſ. i. colognti de q̄rtā partē auſ. vni⁹. Incide colognti dā minutiz: ⁊ miſce cū ea auſ. ʒ. ex medullis amigdalarū mūdataz ⁊ q̄rtā ptē auſ. i. ex puluere dragg. ⁊ oīa malaxa cū syrupo ſgnabi. i magdaleonē: ⁊ ꝓpia ex ipso auſ. v. cū aq̄ calida ad bibēdū: ⁊ si nō purgaret ſufficienter: distēperabis de reliquo cū aqua calida ⁊ dabis ei: ⁊ fac eū seruare custodiā quēadmodū ꝓuenit in alys laxatiuis: ⁊ inunge nuchā in loco vbi cognoueris eē opilationē cū oleo de iaſſemini: vel rosacco: de quocūq; meli⁹ habere poteris: qñ ista habēt opilationē eius remouere cū auxilio dei. ⁊ esto certus ꝙ ita est de nucha: ſicut de alys mēbris cozpis: eo ꝙ si elongata fuerit a sua ꝓpone nāli: opz te laborare vt ipsam redire facias ad eādez: ⁊ nō debes eā curare cū rebus multū remotis a tēperamēto vel equalitate. Et medicamēta que in eis facies nō debēt pen⁹ ſm graduz p̄trāſire: ſz ſecure vti poteris his que sūt calida a p̄ncipio p̄mi vſq; in fine ſecūdi gradus ponēdo ſemper cū p̄dictis ꝓfortātia cū aliqua ſtipticitate faciēdo arōmaticitatez: ⁊ aromatica exuberare cū p̄dictis vltra posse: qñ est putile in hoc mēbro absq; dubio. Et oz te etiā cuz omni sollicitudine p̄uidere ⁊ cōſiderare in hoc mēbro: vt minime ei applicare facias q̄ sunt calida vel frigida: ſicca vel humida in tantū ꝙ mēbrū nō possit ea faciliter ſustinere.

¶ Cap. X. Qō ē de apatib⁹ q̄ fiunt circa guttur.

TFiunt circa colluz ⁊ guttur apata: ⁊ p̄zo maiozi parte fiunt ꝓpe caput: ⁊ cōiter ab oībus nominant ista que in istis locis oziunt̄ gaçirra. i. ſcrofule. Mā vero barū est flegma: ⁊ istud flegma aut est grosſuz: aut viſcoſuz: aut est flegma groſſuz deſiccatū vltra id qō ſue ꝓpōni ptinere videt: ⁊ ꝓuerſuz q̄ſi ad nām melācolie. Et pōt etiā fieri a tali flegmate cui humor adustus habēs acuitatē nāliter sit admixtus. Quare diſſolutio ⁊ maturatio in tarditate ⁊ breuitate istarū erit ſz nāz p̄dicti hūoris ⁊ mixtionē ipſoz adiuicē: qñ si i dictis apatib⁹ nlla rubedo appuerit: firm⁹ eē debes in tua opīone: qō oīno sūt absq; mixtione alicui⁹ hūoris acuti: ⁊ si cū hoc dura fuerit: ſignificat̄ ꝙ melācolie hñt ptinere: ⁊ si mollia fuerit ſcire debes ꝙ flegma nāle dnat̄ in eisdē. Cura hoz ē emplaſtriçare ea in p̄n⁹ cū camomilla: ⁊ farina ordei: ⁊ roſis mixtis cū aceto: eo ꝙ acetū hz flegma īcidere ⁊ ſubtiliare: ⁊ ſuis nocumētis obuiare: ⁊ frangit acuitatē hūoris acuti si ex eo aliqd est in cā: ⁊ da ei ad bibēdū ſyrupū ſgnçibī ad īcidēdū fla cū decoctiōe ligricie ⁊ paſſularū enucleatarū: eo ꝙ ligricia ⁊ paſſule habēt nocumētū: qō pōt ꝓuenire ab acuitate ⁊ ſiccitate ſgnçabī remouere. ¶ Aliud ēplaſtrū ē qō eas diſſoluit. ℞. radices alcharſcaūia: ⁊ credo ꝙ ſit cicla mē: ⁊ karobe porcine: ⁊ diſtēpa cū decoctiōe camomille: ⁊ fac emplaſtrū: ꝓſiderādo: vt nō ſiccitas i istis solū cū reſolutiuis: ita vt nō miſceas cū eis aliq̄ hūida: ſīc ē flos lingue bouine q̄ ē valde vtilis i hoc casu: ⁊ ēt ſuccus pomoz eo ꝙ si vſus fueris reſolutiuis vapozabit̄ ſubtile ⁊ remanebit groſſū qō īdurabit̄ ⁊ ꝓuertet̄ ad lapideitatē. ⁊ nos videre poſſum⁹ ſi le in opatiō⁹ illoz ꝙ itēdūt abſtergere ⁊ mūdificare canales aquaz a reb⁹ duris ⁊ groſſis exīt̄ib⁹ in eis: qñ ipſi nō īſiſtunt solū in extirpādo ⁊ abſtergēdo: vez ēt cū ſparſiōe aq̄ i maxia q̄ntate vt ille groſſicies vndiq; mollificent̄: ⁊ cū eadē aq̄ defluēdo recedāt: ⁊ hoc idē faciūt medici ⁊ facere debēt. ſ. ponere humectantia: ⁊ mollificātia: cū reſolutiuis: ad hꝫ vt adequent̄ ſil mātē: ⁊ vt citi⁹ reſoluant̄ ⁊ euapozent̄ eq̄lr. Et purga īfirmū ab hūore illo a quo tibi videt ꝓuenire: ⁊ nō īdiges fl'omia i hac egritudīe ꝓ maiozi pte: qñ raro a ſanguīe ⁊ colera hūt ꝓuenire. Et si fuerit aliqñ ab istis vel ab aliq̄ istoz ē valde raz: ⁊ hoc cognoſcere potes tuis ſignis: put iā ſupra ōterminatū est: ⁊ si ſanguinē cognoueris exuberare minue ex illo: put tibi videbit̄ ꝓuenire ſm vtutē patiētis: ⁊ ꝓpōnē ipſi⁹. Sz si īfirmus cū p̄dictis ſcrofulis ſic p̄māſerit. ⁊ ſteterit lōgo. tpe absq; regimine aliquo ⁊ ꝓſilio medicoz nec vſus fuerit reſolutiuis ſubtiliatiuis ⁊ īciſiuis tūc oīo ille ad ſanīē deriuabunt quare ꝓpera cuz omni ſollicitudine ad eius gñationē faciēdā. ⁊ si cōplexio infirmi hūida fuerit: fac emplaſtrū ex paſta fermētata mixta cū butiro. ⁊ si ci⁹ ꝓpōnis ad aliquā ſiccitatē deriuauerit: ⁊ tunc hēas micā panis: malaxa eā cū decoctiōe pedū arietis. Et cū maturatū fuerit apoſtema aperi locū in loco ipſi⁹ pēdenti. vt ī de ſanies facili⁹ ⁊ meli⁹ poſſit mundificari. Et hoc si optime cognoueris ⁊ ſciueris anothomiaz mēbroz. ⁊ caue ne decipiaris in īciſiōe. ſ. vt nō facias eā in loco vene. vl arterie. aut nerui. ita vt ex illa īciſiōe poſſit lōge maioz egritudo oziri ꝑioze. eo ꝙ si ſciaz anothomie penit⁹ fueris ignoras. ita ꝙ eā nō fuiſti expert⁹ nec eā vidiſti. ſed solū ex ea scis aligd ex auditu. īpole ē vt veritatē hui⁹ poſſis cognoſcere certiſſime: ⁊ pfecte: ⁊ maxie i mēbris puis: ⁊ pp hꝫ si fuer⁹ ſic ignoraſ caueas tibi ab īciſiōe facta cū ferro oīo. ſed pone ſup locū quē itendis aperire ſterc⁹ colūbaz: malaxatū cū brodio pedū arietis. ſi fuerit delicatus ⁊ mollis ꝓpōnis aut puer. Sed si īfirmus fuerit ruſtic⁹ vel senex. miſcebis ⁊ malaxabis dictū ſtercus cuz ſapone molli. Et si fuerit īfirmus mediocris cōplexiōis ⁊ etatis. miſcebis cum butiro antiquo: qñ faciet locuz aperiri in breui. Et rege infirmū ſubtili regimine longo tempoze. ſ. cū pullis paruis: ⁊ taſſea facta cū aceto. ⁊ pullis plenis amigdalarū ⁊ panis madefactus i oleo cū modico ſale ⁊ comeſtus cōfert valde. Et facta apertione primo pone intus tantā in uolutā in melle per diē. vnaz ⁊ alys diebus pone tantam optime tinctam ex vnguento de palma diſſoluto cū oleo roſaceo. ⁊ fac put tibi videbit̄ ꝓuenire. ꝓſiderata etate īfirmi ⁊ ſua cōplone: ⁊ ſm quātitatē ꝓſolidationis vulneris

ita tantam debes diminuere donec fuerit liberatus cum adiutorio dei.

¶ Cap. XI. Qō est de solutiōe ꝓtinuitatis colli.

Et qz collū est mēbrū cōpositus: ideo ei accidere pōt solutio cōtinuitatis sicut alys mēbris accidere ꝓsueuit: ꝛ hoc ei euenire potest aut ab extrinseco: aut ab apostemate. Et scias qꝫ multe egritudines oriuntur in collo ex dissolutiōe cōtinuitatis: ꝛ maxime in neruo noīato in arabico neruus retrogradus: ꝛ qñ egritudo ibidē generatur: destruit vox: eo qꝫ partes epigloti nō claudunt debite ꝛ cōueniēter: nec dilatant: ꝛ efficit eius vox rauca ad similitudinē vocis boīs fortiter in frigidati: ꝛ si dictus neruꝰ fractus fuerit: cura eius tūc est iposibilis. Sz si fuerit dicta egritudo ex apostemate: tūc curabit curato apostemate. Quare studeas in remouēdo ipsuz sicut diximus. s. cū cuacuatiōe: ꝛ purgādo humores: ꝛ resoluēdo ipsos: ꝛ faciendo oīa ꝑdicta tpe cōueniēti. Sz si fuerit ex opilatione cuacua corpus cū laxatiuis: ꝛ postea studeas in dissoluendo opilationē: ꝛ in aperiēdo eā cū oleo anetino ꝛ sil'ibus: donec redeat mēbrū ad statū suū ꝓpriū miscēdo cū predictis aliqua q̄ sunt stiptica ꝛ aromatica. Sicut recipiēdo ex oleo rosaceo parte vnā in tribus partibꝰ olei anetini: ꝛ ex eo inunge locū. Sed si dicta causa ꝓcessit a mala ꝓplexione frigida neruo eueniēte que eidē supueneriꝫ a niue vel vento: aut pluuia: vel aliquo alio frigido aere: aut ab appositione medicinarū frigidarū ꝛ narcoticarū: sicut ꝑiti medici facere cōsueuerūt: tunc cura tua esse dz cū reb' calefaciētibꝰ: ꝛ inq̄tū causa fuerit frigida actu ꝛ potentia in tantū ei resistere debes cū rebus ꝟys calidis. s. actu ꝛ potētia. Et quia ex ꝑdictis causis coagulatur sanguis ille qui in neruo ꝑdicto existit: ideo ī sistere debes cū reb' calefaciētibꝰ ꝛ aperiētibus actu ꝛ potētia: sicut sunt ista ꝛ his similia. s. oleū anetinū: ꝛ oleuz de narcisco. ꝛ pinguedo de alchorac. i. grue: ꝛ aliquātulū pinguedinis galline: misceant oīa suprādicta: ꝛ calefac istud vnguētū: ꝛ inunge locū pluries sic faciēdo: ꝛ mādefac cotū in eodē tepido ꝛ suppone. Et scias qꝫ oē mēbrū existēs in ꝓncipalitate ꝛ nobilitate nerui. minime sustinere pōt cōtrarietates medicinarū existētiū in vltimo absq̄ medio: eo qꝫ q̄nis fuerit mēbruz densuz: solidū atq̄ firmū: cuz hoc toto destruit eius vtus: ꝛ perdit ꝛ adnichilat. ex appositione taliū medicinarū existētiū in vltima ꝟietate. Et hoc cognoscere debes ex dictis antiquoꝝ ꝛ vera dicūt loquēdo de dētibus. s. id qō eis magis nocere ꝓcipit. est quādo extrema eis accidūt absq̄ medio. s. comedere: vel bibere calida actu in excessu post frigida actu i excessu: ꝛ tñ substātia eoꝝ est dēsa: solida atq̄ dura ad recipiēdū passionez ꝛ in tantū sunt dure substātie: qꝫ aliqui antiquoꝝ medicoruz crediderūt qꝫ essent ipassibiles ꝛ absq̄ sensu: ꝛ tñ veraciter sunt sensibiles. ¶ Quāto ergo nerui qui sunt molliozes ꝛ magis delicati debēt magis recipe passionē ꝛ ꝓturbationē ab extremis ipsis dentibus: ꝛ absq̄ dubio qñ medici ponūt hāc cōparationē ꝓncipaliter in dentibus: nō intelligūt solū de dentibus: sed de oībus alys mēbris corporis. Sz cū hoc nocumētū ꝓcipit in dētibus: q sūt tā dure ꝛ dēse substātie. quāto magis in alys que sunt molliozis valde ꝛ rariozis substātie ꝓcipi deberet. regimē ergo eius dz ad caliditatē modicā ꝓtinere. Et oēs alie medicine sint tēperate: vel ad modicā caliditatē pertinētes quēadmodū supra dixim': sicut in cibis eoꝝ ꝓpinare turtures ꝛ minutas aues nemoris. ꝛ etiaz passeres in estate elixatas: ꝛ in hyeme assatas in veru: vel decoctas cuz almuri vel suffrictas in sartagine. sed scias qꝫ ea que sunt in vltimo assata magis medicine habent pertinere q̄ ad cibum vel ad nutriendum.

¶ Cap. XII. Quod est de inflatione facta in epigloto.

IT in intestinis q̃q; retinet vẽtositas resoluta ab hũoꝛibꝰ subtilibꝰ ⁊ ligdis velut aq̃: ⁊ pulsus istoꝝ fit toꝛtuosus: ⁊ vna ꝓcussio alteri intricat ꝓpter itricationẽ ⁊ ĩuolutionẽ q̃ fit in itestinis: ⁊ hac de cã retinent feces q̃ nõ iueniũt viã vñ exeãt. Cura huiꝰ ẽ iunctio supradicta cũ oleo nucũ: ⁊ piguedie q̃ arabice dr̃ alga anatis an. Et scias q ĩ oĩ retẽtione fecũ: siue fiat ex vẽtositate: siue fiat ex debilitate virtutis expulsiue: quando exeunt: semper sunt liquide. ⁊ absq; sanguine: ⁊ sanie.

¶ Cap. IIII. Qõ ẽ de retẽtione fecũ ⁊ suis speciebus.

ET fit aliq̃ in istinis q retinent feces oĩo ꝓp grossitiẽ ⁊ duritiẽz siue subẽ: intrñ q efficiunt q̃si lapides. Et ꝫ egritudo qñ accidit: non fit subito: ⁊ qñ fit: nõ ẽ nisi ex ꝓtĩuo vsu grossaꝝ rex stipticaꝝ. sic ẽ vsus frequẽs seminũ myrte: ⁊ suoꝝ sil'iuz. Oꝛ si nõ fuerit ex comestiõe stipticoꝝ: tũc feces nõ subito exiccant̃ ſz paulatine. Et cura huiꝰ retentõis fecis ẽ dare ifirmo ad bibẽdũ syrupũ de cẽtaurea cũ decoctiõe violaꝝ: aut syrupũ violaceũ cũ decoctõe cẽtaureę: ⁊ clisteriça patiẽtẽ postq̃ fueris certꝰ q dolor est i itestinis iferioꝛibꝰ cã alicuiꝰ occasionũ ꝑdictarũ.

¶ Capm. V. Quod est de excoriatione itestinoꝝ.

EXcoriant̃ aliq̃ itestina: aut ab hũoꝛibꝰ acutis mordicãtibus ipsa: aut ex veneno ebibito acuto: Et cura boꝝ ẽ ea q̃ hñt cõsolidare ⁊ linire sic̃ sunt pltes facte ex farina risoꝝ ⁊ amidi: qñ ista hñt mitigare mordicationẽ ⁊ ꝯsolidare: ⁊ effcũs istoꝝ sunt laudabiles. Et si clisteriçabis cũ aliq̃ istoꝝ erit maxime iuuamẽti. Et ꝯfert ẽt valde clisteriçatio cũ lacte capꝛe: vel camelaꝝ ⁊ oleo ro. ⁊ id qõ hz cãm remouere: ⁊ rectificare ꝯtonẽ: ⁊ ifrĩdare ẽ syrupus ro. cũ rosis siccis: ⁊ aq̃ ro. cũ se. pslly assati: ⁊ integri si cã nõ fuerit ex veneno. Oꝛ si fuerit: nlla res posset eẽ nocibilioꝛ: nz magis moꝛtifera sic̃ ista. Oꝛ si a ꝑn̄ꝰ hꝰ passionis sciueris eã eẽ ex veneno certissime: tũc dare debes ifirmo ex optio sma raldo põdus. vi. granoꝝ ordei optĩe trito: distẽperato cuz aq̃ ad bibẽdũ: ⁊ videbis in ope huiꝰ: ⁊ ĩ effcũ rẽ mirabilez accidere: ⁊ euenire illi q sumpserit ipz: qñ incõtinẽti post assumptionẽ huiꝰ icipit hr̃e angustiaz cordis: ⁊ vr̃ ei q oĩa mẽbra eiꝰ eradicẽt ab iuicẽ. Et si post ꝫ sudauerit ifirmꝰ doꝛmiẽdo: ꝓ ꝯstãti bẽas q erit liberatꝰ oĩo. Et fac q ille q sumpsit smaraldũ abstineat a cibo oĩo vsq; ad decẽ horas: vel saltĩ vsq; ad octo. Et q̃uis itẽtiõis nr̃e nõ sit hic curã de venenis determiare: sic ꝓtranseo. Et opoꝛtuit me de his aliqd dicere ꝓp illud accñs qõ habz. Et iã vidi tpe meo q baly q̃dã hẽbat cõcubinã: cui supuenit vlceratio ĩ itestinis gracilibꝰ cũ solone magna. Sz feces cũ magno expellebant̃ doloꝛe. Et ego laboꝛaui diu in cura illiꝰ: ĩtrñ q fessus fui i illa. Et duꝛauit illa egritudo in illa disponẽ vsq; ad. lx. dies. ⁊ mirabar de illa egritudie putãs q esset ex hũoꝛe. Sz ad vltimũ vidi q cũ stercoꝛe exiuit interioꝛ pellicula itestini. ⁊ postea vidi alia vice q alia pellicula ĩtestini. ſ. exterioꝛ emanauit exteriꝰ cũ stercoꝛe in lõgitudine vniꝰ palmi ⁊ miratꝰ fui ex ꝫ cognoscẽs q aliqs humoꝛ nõ posset eẽ vllo mõ tãti acuminis q possz facere tãtã excoriationẽ vna vice. Et demũ ꝓ certo cognoui q vna ex suis sclauis: venenũ ei ꝓpinauerat ad bibẽdũ. Quare ꝓꝯstãti habui q nulla spes eẽ poterat de sua liberatõe: ⁊ sic ide moꝛtua fuit ex illa egritudie volũtate dĩna. Et exptũ est q suspẽsio smaraldi ĩ dissenteria ⁊ in emoꝛoidis existit mirabil' efficacie: ⁊ iuuamẽti. Cũ aũt liberatus fui: ⁊ euasi a manibꝰ dicti baly: ⁊ suoꝝ hoiuz: rediẽs sibiliaz: vidi ĩ via quandam herbam quaz putaui esse addion silueſtre: ⁊ nõ dubitabam: acceptum de illa comedi modicuz: ⁊ inde habui dissinteriam magnam: cum doloꝛe ventris: ⁊ cuz peruenĩ sibiliam adhuc duꝛauit dissinteria: tunc suspendi super vẽtrẽ meũ smaraldũ vnũ: ⁊ aliud posui i oꝛe absq; triturationẽ: ⁊ liberatꝰ fui icõtinẽti. Nolera aũt venenosa sũt inũerabilia. Et ꝓp ꝫ glz sibi caucre dz ne comedat aliqd nisi cognoscat illud: ⁊ neq; tẽptet nisi hẽat secũ smaraldũ: vel tyriacã vllo mõ. Et iã reperiunt̃ q̃z plẽs vulgares ⁊ vetule: q̃s dẽ destruat ⁊ ꝯfundat: q ⁊ q̃ plã cognoscũt ex dictis oleribꝰ venenosis moꝛtiferis q̃z medici faciãt vel cognoscãt: qñ illõ qõ sciũt medici de ꝑdcis nõ ẽ nisi vt sciãt coꝝ accñtia remouere ⁊ suis nocumẽtis obuiare: ⁊ nõ vt sciãt ipsa in se ⁊ ĩ suis effectibꝰ alio mõ: nisi fuerit ifideles: ⁊ suas fides ꝓprias voluerit denegare: ⁊ ꝓp ꝫ glz medicꝰ tenet̃ obseruare ꝓcepta hypocratis in ꝫ casu. Que sunt q glz doctoꝝ in medicĩa nõ dz aliquẽ discipulz docere: nisi pus iurare faciat ipz ne vtat̃ medicĩs moꝛtiferis vl' venenosis vllo mõ. Et pr̃ meꝰ cũ essem puer: ⁊ discipulꝰ suꝰ i medicina: me iurare fecit vt nullatenꝰ medicĩs venenosis vl' moꝛtiferis vti deberẽ. Et cũ sic iuuenis eẽm ⁊ nouꝰ in medicina: ibã de vna ciuitate ĩ aliã practicãdo. Quadaz vice sic eũdo sociatꝰ fui vni ꝑditoꝛi: q a me occulte hesitabat̃ discere aliquã medicinã moꝛtiferã. Et ego ab illo habuerã i feudũ petiã vnã terre quã mihi abstulerat. Qui dixit mihi hẽas eã de cetero a me liberã ⁊ securã: credẽs q ego esseꝫ de illis q ꝓp pecuniã ꝑditoꝛes facere deberẽ: ⁊ meaz coꝛrũpere legalitatẽ. Et idẽ adulatoꝛ quẽ dẽ ꝺstruat ⁊ cõfundat illõ dixit mihi palã. ſ. q ei dare deberẽ medicinã. q̃ velociter posset occidẽre: cui iuraui p deũ vez ⁊ p certa vitate q nihil ꝺ talibꝰ cogĩscebã: dicẽdo ei q medicꝰ inq̃ꝫtũ medicꝰ de talibꝰ scire nõ dz: nisi vt cogĩscat ⁊ sciat ex eis accñtia remouere. Qui dixit mihi. Qũo a me vis te occultare ⁊ celare: postq̃ tibi meũ secretũ tale volui pandere ⁊ mãifestare: q̃re timui valde ⁊ dixi ei, Secretũ tuũ qõ mi

bi apuisti a me nō mānifestabit alicui ī ppetuuz. Et postea dixi ei: expecta donec pquirā libros: ⁊ tōmū faciā tuā volū tatē si deo placuerit. Qui dixit mihi: q̄tū vis vt expectez. Rñdi: da mihi spaciū. xv. diez. Et illū terminuz q̄siui: qz affectabā fugere ab eo: ⁊ fui die illa ī magna angustia ⁊ tri bulatiōe. Mane āt facto misit p me. Et ego timui ne mit teret illa de cā: q̄re volui ad mortē. Et cū venissem ad eū vidi q3 iā de⁹: cui⁹ nomē sit būdictū in scīa: punierat eū: ⁊ inueni illū iacētē: ⁊ pstratū absq; sensu ⁊ itellectu: in tm vt me nō cogsceret cā sue egritudis. Et tūc studui ī cura ipsi⁹ donec fuit alleuiat⁹: ⁊ tūc sibi manifestaui coz meū: dicen do ei q3 obseruabā pcepta hypocratis: ī b casu: ⁊ pr me⁹ ēt me ꝓstrinxerat ad sacrm: q̄re post paucos dies studebat i destruēdo me de psona: sz gra altissimi creatoris euasi ab illo piculo: recedēs ab illo loco. ¶ Et qz bucusq; elōgat⁹ fuz a ꝓpa itētiōe: nūc ad cā redire itēdo. Et dico q3 q̄dam vuln⁹ ⁊ vlceratio ītestinoz fuerit modica: curari dz cum pultib⁹ supradictis. Oz si creuerit vlceratio: adde aliqd ō gūma arabi. assata: ⁊ sibi silib⁹. Oz si ex dicto vlcere sanies emanauerit: dabis ei pmo ad bibēdū mūdificātia: sīc ē aq̄ ordei cū melle: aut aq̄ ordei sola: put tibi videbit cōueni re. Et donec vlc⁹ nō pforauerit tunicā seu pelliculā ītrise cā ītestini: nō ē desperādū de cura isti⁹: sz si nō solū pma di cta tunica fuerit pforata: verūtiā ⁊ alia fuerit penetrata ⁊ excoriata: tūc nullatenus speres nec ꝓfidas de salute ei⁹ ēt si esses ꝓbior medic⁹ toti⁹ mūdi. De his āt q̄ multū ꝓfe rūt vlcerationi ītestinoz ē terra sigillata ꝓpiata cū aq̄ mel lis: aut cū aq̄ in q̄ modicū de cētaurea lōga sit bullita: ⁊ sy rupo ro. Terra sigdez sigillata ꝓfert medicis mortiferis. Et pole est aliqñ q3 in talib⁹ fluat sanguis p iferioza. Qui si fuerit valde rubeus: erit ex aptione alicui⁹ vene in par tibus illis: ⁊ cura h⁹ ē potare ifirmū aq̄ vel succo plātagi nis cū decoctōe masticis in aq̄ ro. ⁊ ꝓfert silr in b casu ter ra sigillata cū syrupo mastic. Oz si sanguis nō fuerit mul tū rubeus: sz assilabit quodāmō aq̄: tē ē possibile q3 sit ex potu sanguisuge. q̄ ē i fundo stōi. Et cura h⁹ ē bibere deco ctionē cētauree: vl nigelle: q̄ arabice dr scaunis: aut come dat synapi cū aceto. Sz si cū dicto sanguie. s. aquoso appa ruerit aliqd silē saniei: tūc signū ē q3 ꝓcedat ab epe. Et iā supi⁹ sufficiēter locut⁹ suz de passionib⁹ ei⁹ ⁊ suis curis.

¶ Capl'm. VI. Quod est de emorroidis.

ET pole ē vt exeat aliqñ sanguis p inferioza a loco illo q ē iuxt anū. s. in iferiori pte orificy ī testini: ⁊ qñ ꝓtinuat fiūt ide emorroide parue ⁊ magne ad modū morī: ⁊ aliqñ fluit ille san guis ab vna illaz vena: q̄ terminātā ibi. s. qñ aperīt: ⁊ exit in tpe noto: ⁊ purgat ide totū corp⁹: qñ ē sup repletū: dūmō vtus nālis expulsiua fuerit fort. Et cū sic est: nō ē stringēdus vllo mō: cū ꝓferat multū in purgatio ne toti⁹ corpis. Et fit ēt ex exuberātia hūorū melici mix ti cuz hūore colico acuto. Et iste ēt sanguis nō dz strīgi qñ fit a fortitudie vtutis ⁊ sua bonitate: qñ ē sanitas toti⁹ coz pozis: ⁊ pōt itez fluere p ista loca alicui amputata vt si ali cui mutillata fuerit man⁹: vel pes: eo q3 sanguis q ꝓsueue rat nutrire mēbz illō: si remaneret in corpe ppararet ipz ad egritudines aliqs. vz. ad apata ītrīseca vel extrīseca. q̄ re nā īgeniat expellere ipz p dicta loca: qñ ē fortis. g̃ sum marie dico q3 nullus sanguis q p viā purgatiōis emanaue rit ē stringēdus vllo mō. Cognitio āt illi⁹ q a fortitudine ⁊ bonitate vtut] expellit ē: qz talis sanguis est niger ⁊ mali odoris. Et si fuerit ex replone cognoscit ex pcedēti ꝓsue tudine ⁊ pñti. vz. si assuet⁹ erat comedere panē grossum ⁊ siligineū: ⁊ nūc comedat panē mūdū: ⁊ de carnib⁹ si ꝓsue rat comedere carnes subtiles: ⁊ nūc comedit grossas: ⁊ ꝓsueuerat minutione vti: ⁊ mō dimisit eaz: ⁊ silibus. Cura āt h⁹ q fit ex replone: est minutio vene: ⁊ subtractio cibi ⁊ pot⁹: ⁊ hec egritudo dr ab auctoribus ragadie. Est etiā alia spēs fluxus sanguis p ptes istas: q fit ex retētiōe fecū: ⁊ il la ō cā scidit anus. Et exit ide sanguis: ⁊ aliqñ sanies. Que qdē nō ē ex spēb⁹ pdcis. Et fit īterdū ista retētio fecū vna vice post alā: ita q3 ide fiūt scissure: ⁊ ex illis scissuris fiūt emorroide. Et cura istoz ē difficilis valde. Et cura h⁹ ē vt facias sedere patiētē in decoctiōe camomille: ⁊ cymaruz myrte. quaz ptes sint eq̄les: q⁹ misceat aliquid meilis. ¶ Oz si egritudo fortioz fuerit: fac ei hāc medicinā que ē magis fortis. s. fac vt fundamētū ifirmi optīe abluat: ⁊ po stea fac eū sedere sup cozīū vnū sup qō sparsus sit puluis iste. Rx. galla zz cōbusta zz: ⁊ camomille nō cōbuste añ. ptes eq̄les: ⁊ misceant cū aq̄ dulci: ⁊ siccent itez: ⁊ puluerizen tur: ⁊ spargant sup dictū cozīū: ⁊ sedeat ifirm⁹ desup: ⁊ b fa ciat semp qñ ab assella leuat: ⁊ sedeat sic p spaciū vni⁹ ma gne hore: ⁊ stude vt ītestina mediocriter mollia existāt: co medēdo lactucas: ⁊ cucurbitas decoctas: nisi fuerit egri tudo q̄ ꝓhibet. Et fic⁹ facce cū amigdal' silr sunt bone: ⁊ fi cus sicce ēt madefacte in oleo dulci ꝓferūt. Et comedere ēt pzuna añ cibū est bonū. Et vltiter dico q3 lenire ītestina q̄cūq; mō fiat donec fuerit liberat⁹ ē bonū cū pdcis ⁊ his silibus. Ego bucusq; put mihi vr sufficiēter suz locut⁹ de egritudinib⁹ ītestinoz: ⁊ suis cauis. Nunc aūt ītendo de egritudinib⁹ renū determiare cū adiutorio dei.

¶ Tractatus. II. qui est de egritudinibus renum vesice et virge ⁊ continet capitula octo.

¶ Capl'm. I. Quod est de renibus in vniuersali.



En qdem sīc ocīō ē: ē membrū officiale: ⁊ necessariū corpi in recipiēdo vrinam ⁊ nutriunt renes a sanguine ⁊ supfluitati bus delatis cū vrina ad ipsos renes: ⁊ po ri eoz sunt densi. ⁊ corpozis grossi. Et de egritudinibus eoz est lapis q3 generat in eis: ⁊ incipiam ab ipso.



¶ Capl'm. II. Qō est de lapide renum.

IN renib⁹ qdē gñant lapides: quēadmodū in qbusdā alys mēbris ꝓsueuit fieri. Et ego vidi lapidē gñatū sub lingua cuiusdā viri: ꝓbiben tez ei locutiōez: ⁊ eo remoto lapide rehabuit vir loq̄lā. Et gñat ab hūoribus grossis q̄ īdurant adinuicez sīt donec ad lapidē ꝓuertant. Et lapis qdē renū nō ē oīno silis in duricie lapidi vesice: nec gñat ī ꝓcauitate renū: sīc lapis vesice ī ꝓcauitate vesice: imo generat adherēdo coz pozi renū: sīc lapis q̄ inuenit sub lingua. Et hac de cā dolor fortis inuenit in dolore renū: ⁊ augmētat donec a nā exte ri⁹ expellat. Et post expulsionē ipsi⁹ a loco remāet ibi vl ceratio: ⁊ sensibilitas doloris. In lapide vo vesice nō pci pit dolor: nisi cū venerit ad collū vesice ⁊ ē ēt alia dīa: q3 lapis renū nō ē in termīo duriciei ⁊ dēsitatis ⁊ siccitatis ⁊ magnitudīs lapidis vesice: q̄re lapis renum citi⁹ frāgit ⁊ puluerizat q̄z lapis vesice. Et gñat qdez lapis in renib⁹ a supfluitatib⁹ creatis a cibis grossis ⁊ viscosis: ⁊ a debilita te vtutis renū. vñ ibi paulatie supfluitates coadunant. ⁊ īdurant pp digestiuā ipsoz renū: q̄ nō pōt ipsas sufficiēter digerere ⁊ ꝓsumere. Et postq̄z lapis ꝓfirmat ē in renib⁹: ⁊ nā expellit ipz extra excoriant ī illo exitu renes: ⁊ īterdū excoriant ex eo vene. vñ sanguis mult⁹ exit cū vria. ⁊ sine vrina: ⁊ aliqñ dict⁹ lapis in tm ifigit renib⁹: q3 in sepatiōe ipsi⁹ frāgit vl aperit arteria ⁊ sanguis q̄ ab ea emanat est magis rubicūd⁹: ⁊ lucid⁹: ⁊ subtiliozis sube q̄z sāguis vena rū: ⁊ fluit in maiori q̄ntitate in tm q3 multū debilitat ifirm⁹. Et accidit qñq; q3 vnde rēouet lapis ibidē sanies p creat: ⁊ dolor ibi ꝓtinue figit: dōec libereť ifirm⁹: vl mo riat. In curatōe igit isti⁹ egritudis sic ꝓcedēdū ē. Cōside ra cū icipiūt h⁹ accūtia apparere: vt subtilies regimē pa tiētis: dādo ei panē bñ fermētatū cū spagis decoctis: aut

cū vrticis decoctis:aut cū auellanis:vel granis pini. Et cibus q̄ p̄ ceteris cōmēdat in ℔ casu:sūt aues pue q̄ noiant albesbes facte in tassea:r pulli ēt:r gallie p̄parate ī tassea silr sūt bone:r appropate ī hac egritudie. Et pastinace ēt: q̄tuis sint grosse subeprferūt huic egritudini ꝛa ꝑpetate. Et lenias ītestina eiꝰ:dādo ei ficꝰ siccas cū nucibꝰ ad comedēdū.r postea purgabis eū cū medicia laxatiua q̄ bēat illū būorē grossuz eūare. ¶ Medicamē ꝓpositū ad ℔. ℞. bdelliū oppoponacl:serapini:r seis vrtice.añ.auř.i.dauci: r se.melonis excorticati:r se.apy.añ.q̄rtā ptē auř.i. collogntide octauā ptē auř.i. Incidat collogntida mīutissime. Et misceat cū ea tātūdē pulueris draga.r amigd.dulciuz excoriataz r pistataz:pistent oia r ꝓficiant cuz syrupo sgnçabi:r dent ex eo auř.v.distempati cū sero capno in q̄ dissoluta sit medulla se.cartami. Et si nō purgarz sufficiēter adde auř.i.cū dimidio de dicto medicamine. Et custodiat patiēs sic fit in alys laxatiuis. Et fcā purgatōe reges eū ī cibis sic dixi. ¶ Et dabis ei ad bibendū oī die de hac decoctōe q̄. ℞. ligri.mūdate capilloz vene.olinarde: seis melōis:r se.anguirie:r sparagi.r panicald.añ.auř.i. Et adde istis rebꝰ aligd qō moueat r excitet renes ad attrahendū velociter ex rebꝰ hñtibus acuitatē cū calitate: r absqz aromaticitate: sz bēat aliqz horribilitatē: r horribilitas ē dispō media īter rē aromaticā r hñtē maluz odorē: r ℔ iō qz renes ab eꝑe trahūt sanguinē aquosuz q nō ē pfecte digestꝰ ibidē ita vt sit ꝓueniēs ad nutriēdū cetera mēbra:r illa supfluitas aquosa noiat vria:r iste sanguis mixtꝰ cuz vrina ē hñs horribilitatē r abhoiationē:qz ois supfluitas q̄ pcedit ab eꝑe sensibilr hz abhoiatiōez cū horribilitate: r qz renes ex tali sanguine nutriunt:iō delectant in ipso r silr odores appetūt:r cū affectuositate sibi attrahūt:r iō pcipimꝰ ponere in medicis renū ea q̄ habeāt aliquā horribilitatē cū abhoiatiōe:r sufficiet ī ℔ i medicis renū radix apy cū spica romana.añ.auř.ʒ. Et decoq̄nt ī.xx.ʒ.aq̄ dōec redeat ad medietatē. Et pone in hac colatura.ʒ.i.syrupi liquiritie:r ʒ.i.syrupi corticis citri. Et oī nocte circa matutinū post descensionē cibi a stomaco ꝑpinabis ei ad bibēdū ciatū vnuz. Et spero q̄ si ita rexeris infirmū q̄ liberabitur absqz mictu sanguinis.

¶ Cap. III. Qō est de restrictione sanguis q̄ exit de vga.

Si aūt lapis expulsus fuerit r icōtinēti segur sanguis mictꝰ:tūc alr ē regēdus ifirmꝰ.s.qz īcipe debes a flōmia basilice dextri brachy: minuēdo de sanguie ꝫz tenorē vtutis patientis:r postea stude restrīgere sanguinē:si fluxerit in maxia q̄titate. ¶ Medicamē strinḡes sanguinem. ℞. caude egne r muschi.s.herbe q̄ inuenit sup cortices q̄rcus:rosaz recētiū.añ.auř.i.r pōe cū istis aliq̄ q̄ bēant mollificare:sic semē lini:r flos camomille:qñ si nō feceris:nocebis ifirmo ponēdo tñ stiptica:qz ide būores q̄ ibi sunt ꝓstrīgunt r ꝺurant:q̄re dolor fortiter augmēta t:r ꝑp ℔ addes ꝺcis medicis flores camomille:r seis lini añ.auř. .i. Cōquassent oia r bulliāt ī.xiiy.ʒ.aq̄ dulcis donec redeant ad tertiā ptē. Et ℔ iō qz ex stipticis cū difficultate exbunt vtutes eoz.r postea colabis:r in illa colatura adde de syrupo ligri.r ō syrupo ro.r de syrupo de mastice añ.ʒ. ß.r bibat eā in mane tēpestiue:abstinēdo a cibo donec descēdat a stō. Et ciba eū pane bñ fermētato cū pullis factis in tassea. Et īterdū dabis ei de çuccaro ro.r aliq̄n de citri medulla:r sic decoquere pullos cū medulla citrulozuz magis ꝓmēdo q̄z cū medulla cucurbite. Et cū ꝓstrictꝰ fuerit sanguis:r sanies mūdificata:r dolor ꝓtinuꝰ fuerit: tūc dabis ei ea q̄ sint mūdificatiua r absterſiua: aliq̄tulū desiccatiua. ¶ Medicamē ad ℔ ꝓpositū. ℞. spice:nardi:sgnāti:flanie:ligri.mūdate:cū q̄libz istaz medicia ꝛa appropata ē ī iuuamēto renū:r vesice:r meri:r pulmonis:r cane ei ꝰ añ.auř.i.r tertiā.assare baccare:r seis lini:r dauci:r cētauree mīoris añ.q̄rtā ptē auř.i. Conquassent oia r bulliāt in.xiiy.ʒ.aq̄ donec redeāt ad medietatē r colent:r ponat in eis de syrupo ro.r de syrupo endiuie añ.ʒ.i.r dabis ei ad bibendū mane tēpestiue abstinēdo a cibo donec descēdat a stō. Et postea cibet pane bñ fermētato cū bletis seu siclis decoctis:vel cū vrticis pūgitiuis. Et si nō habes de istis da ei de gallina in tassea:vl panē bñ fermētatū cū oleo oliuaz dulciū r modico sale:r ēt de çucca.ro.cū amigdalis excorticatis dulcibꝰ:vel grāis pini poteris ꝑpiare. Et postq̄z coguer q̄ vulnꝰ fuerit mūdificatū:r sanies ablata fuerit:dabis ei ad bibēdū de tertio in tertiū die de syrupo plātaginis:vel de rosaceo:vt iuuet ide nā ad ꝓplēdā ꝓsolidationē:vtēdo istis medicis ꝫz q̄ tibi videbit ꝓuenire r nō plz:qñ si dolor fuerit fortis:pmo debes dolorē remouere:r si sanguis emanauerit ī q̄titate mlta:vti ōbes medicis stipticis:addēdo aligd ō diureticis vt medicias pducat ad locū:r si sanies multa fluxerit:dabis ei mūdificatiua r absterſiua:r itēde ad illud. Et si fuerit nece tibi ītendere circa lapidē pp fortia accītia q̄ ide emergūt:stude cū medicis corrodētibꝰ ipm:r q̄ bēant eū totalr erradicare. Qz si fuerit tibi nece ītendere circa duas vel tres ex predictis egritudinibus:facias:dādo ei cibaria ꝓposita:r medicias silr ꝓpositas:plz r minꝰ de vnoq̄q ꝫz q̄ magis videbit ꝓuenire. Et si vnū tm medicaueris:operare talr vt nō obliuiscaris alys. Et iā duxi te p viā rectā:qz si sic opatus fueris:pficies oī mō deo dāte. Si āt dolor fortis fuerit iunge locum cū oleo camomillino r anetino r pīguedine anatis inuenis:qñ ē multū ꝓmēdata:r cū pīguedie anat silr. Et si multꝰ sāguis exierit inūge exteri ꝰ cū ifrigidanti bꝰ r frangētibꝰ calitatē:sic ē oleū ro.cū tātūdē aq̄ ro. Et si idiguer ītendere circa duo accītia ꝓpone medicias sic dixi ex ꝓferētibꝰ ipsis. ¶ Ca. IIII. Qō ē de lapide vesice.

Lapis qdē vesice vbi gñet iā superi ꝰ ōclarauit q̄ in cōcauitate eiꝰ orit. Et fortificat dolor in istis qñ volūt mingere: r excoriat qñq̄ collū vesice lapide r spāliter qñ ē asper r spinosus. Et maxie fortificat dolor qñ lapis figit ī collo vesice añ exitū vrie:qz tūc ipedit exitꝰ vrie:r excoriat locus r segt mictus sāguis:cogscēdo q̄ sāguis q̄ exit hinc nō est ī eadē q̄titate sāguis renū: r eodē mō sanies q̄ exit a vesica ē in mīoi q̄titate q̄z q̄ exit a renibꝰ. Et añq̄z exeat lapis sentit ifirmꝰ icendiū r grauedinē in vrinādo:r vrina tūc ē subtilr r clara sic aq̄ absqz vlla hypostasi. Et qñ ici pit iste dolor efficit ifirmꝰ stiptic ꝰ valde:ita q̄ credūt qdā medici q̄ patiat colicā. Qñ vo vrina incipit fieri ita clara sic aq̄:tunc scias q̄ ē p̄ncipiū gñatiōis lapidis. Incipe q̄ in curatōe hꝰ passiōis a subtiliatiōe hꝰ regimis:dādo ifirmo vrticas elixas:r decoq̄nt dicte vrtice in decoctōe ciceruz rubeoz. Et spēs eiꝰ sint cubebe:r arseni:r ē cīamomū tendēs ad nigredinē pfectissimū. Et da ei ad bibēdū sirupuz de balasce factū cū zuccaro cū decoctōe seminū melonis r ꝓsentias ei vt comedat medullas citrullozū ī cōueniēti q̄titate:si ñ ē qō ꝓhibeat. Et fac ei bāc ꝓpōnē. ℞. lapis iudaici r gummi cerasoz:r lapidis spōgie marine:r corticis melonis:r succi ligritie recētis. añ.ʒ.iiy. auellanaruz.ʒ.ß. dauci:r vitri vltramarini ꝓbusti:r anisi:r albasce añ.aur. viy.pineaz mūdataz r amigdalaz excoriataz.añ.aur. .iiy.pistēt q̄lz medicia p se:r itez silr mixte pistent:r ꝓfice cuz sirupo ligri. Et in q̄lz libza hꝰ electuary addant ex optīo balsamo aur.y.r reponat ī vase vitreo:vel optīe vitreato:r recipiat ifirmꝰ de ℔ electuario oī mane ieiuno stō aur.iiy.cū sirupo violr.r ēter tāto aq̄ calr. Si a p̄ncipio hꝰ egritudis vsus fueris ℔ regimīe:spero in altissimo gliosoq̄ liberabit oīo ab ista passiōe certissime. Lognoscēdo q̄ medicie oēs q̄ ꝓferūt lapidi renū:ꝓferūt silr lapidi vesice



BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

sed lapis vesice idiget fortioꝛib⁹ medicis:qm̃ lapidis vesi ce medicie debēt cē subtiles in vltima subtilitate:vt velo citer ducant medicie ad locū:z balsamū ē vna ex meliozi b⁹ ad hoc. Et ēt si lapis fuerit ꝓfirmat⁹ ꝓfert istō elim. Sz opz vt addas ea q̃ habeāt mitigare doloꝛē:sic ē camomil la: z grana pini ablita: z nuces dragg. z pone de istis ℔ fortitudinē z debilitatē ipsi⁹ doloꝛis. Uitrū āt adustū qō supi⁹ dixi:multi medicoꝛ sic id credūt adurere: ponūt.n. ipz ad ignē:donec rubicūdū efficit: z extīguūt in aquā fri gidā: z ℔ pluries sic faciūt: z cū credūt aliq̃ facere:nihil fa ciūt. Cōburit āt isto mō:accipe vitrū z iunge ipm cū alki tran subtili: z pone ī ignē:donec rubeū fiat. z postea cū te naculis recipias eū: z extīgue ī aq̃: z ablue eū ibi: z iteꝛ in unge ex alkitrā: z repōe ī ignē: z extīgue: z ablue eū postea in aq̃: z sic septies facies: z erit ꝓbustū. Et iā scripsi tibi me dicinas: z curas q̃ a me sunt expte. Et he sunt egritudies q̃ magꝛ sūt appꝛopate renib⁹ z vesice: z accidūt istis mem brꝭ silr z alie egritudies sic alys mēbrꝭ accidere ꝓsueuerūt vt apata. Et nūc icipiem⁹ ab apate renū.

¶ Capl̃m. V. Qō ē de apate renum.

Toziunt aliqñ apata in renib⁹:sic ī alys mē bzis fieri ꝓsueuerūt. Et signū b⁹ ē doloꝛ cōti nu⁹ in renib⁹: z febzis ꝓtinua cū siti assidua. Et cū cogueris hec z cert⁹ fuerꝭ q apa fuerit ī isto loco. minue de sanguīe ℥ q regrit vtus ꝓpl̃o: etas: tps z regio: z subtilia regimē: z fac eū abstinere a diureticis oīo: nisi cogueris q viscositas mlt̃ū abūdaue rit ī eo: z fac ei syrupū stipticū z subtiliatiuū: z mitigatiuū doloꝛis. Et da ei ista q̃ sūt appꝛobata z expta ī dissoluēdis apatib⁹: sic ē panicald qō ē spēs yrigoꝛ z sticados. ¶ Cōpositū ad ß. ℞. panicald li.i. flauie: z rosaꝛ pfectaꝛ: z cāomille: z sādali añ.ʒ.i. ligni. mūdate: z floꝛ sticados: z masti cis: z seis angurie mūdati. añ. q̃rtā ptē.ʒ.i. croci: z seis lini añ. auř.y. ℞. aq̄. apy. auř.i. oīa ꝓquassent: z ifundant in q̃r ta pte z semis vni⁹ gntary aq̃ feruētis dulcis: z mozent sic vsq̄ mane: z postea bulliāt lēto igne vsq̄ ad ꝓsūptōez me dietatis aq̃: z colent: z ī illa colatura addant syrupi ro. fci ex ros recētib⁹ lib.y. z aq̃ ro. lib.iiy. z iteꝛ reponat ad ignē z bulliat vsq̄ ad ꝓsumptionē aq̃: z fac syrupū: z de isto sy rupo da ei oī mane.ʒ.y. cū aq̃. Et nō. q apa renū ē duꝛ ad dissoluēdū: z cū difficultate mitigat doloꝛ ei⁹ pp opil̃onez suoꝛ pozoꝛ. Et hac de cā idiget subtili regimīe. flōma g eū de basilica minuēdo de sanguīe ī magna quantitate.

¶ Oleū ꝓueniēs huic passiōi. ℞. olei ro. ifortiati cū mult rosꝰ. ʒ.y. olei camomille: z anetini. añ. ʒ.i. pīguedis anatis q̃rtā ptem. ʒ.i. misceant silr z adde his de aq̃ ro. z aceto ad q̃titatē q̃rte ptis z ꝓquassent oīa silr ī vase vitreo hñte ori ficiū strictū: tādiu donec ispissent: z dealbet: z iunge locū cū isto. Et si ifirm⁹ decubuerit cū oze z vētre iferius: z di stilles de ß medicamine tepido cū vase hñte strictū orifi ciū ab alto: erit magis penetratiuū p pozos z ei⁹ iuuamen erit fortiꝰ: z magꝛ apparēs. Et si de⁹ iuuauerit ifirmū tuuz tuis manib⁹. s. q dissoluat apa z mitiget doloꝛ: scias q ß erit magnū z mirabile: z fac ꝓtinuare regimē ꝑdcm̃ supza lōgo tpe sic dixi: z postea paulatīe reduc eū ad regimē nā le. Si āt dictū apa deuenerit ad saniē: z sanies cū vria exi erit: fac eū vti subtili regimīe. Sz flōmia nō ē nēcia vl̃ vti lis postq̃ sanies eūat: nisi cozp⁹ supflue fuerit suprepletū. Oꝛ si sic fuerit mīues de basilica ℥ q videbit ꝓuenire: z ꝑdcis medicis adde aliq̃ ō siccatīa mīuēdo ex eis mollifi cātia. ¶ Capl̃m. VI. Qō ē de mala ꝓpl̃one renū.

Tiā hucusq̄ locuti sum⁹ de egritudīe renuz inq̃tū sunt mēbza officialia. nūc aūt rema net nobis scribere inq̃tū sūt mēbza ꝓsilia: z fiūt in eis egritudies quēadmodū ī alys mē bzis: qz exeūt ab eq̃litate ī caliditatē vel fri giditatē: siccitatē: vel hūiditatē. Si aūt exierint ab eq̃lita te in calitatē: cognosces illud a fortitudīe attractiōis ipo rū cū multa iflāmatiōe vrine. Oꝛ si dict⁹ exit⁹ fuerit in fri giditate: attractiua vtus tūc erit debilis: z vrina erit disco lozata: z he opl̃o pducit renes ad debilitatē retētiōis vri ne: hūiditas vo renū ꝓcreat in eis debilitatē attractōis z retētōis vrine. Siccitas āt renū facit attractiuā fortē val de cū debilitate digestiue: intm̃ q nō possint ide recipere nutrimētū: z qz in eis nō fit digō: iō conant expellere: z ite rū appetunt attrahere vñ nutriant: z nō iueniūt ꝓp defe ctionem dococtiōis: z debilitatē retentionis: quare fit ex pulsio. Et hec est vna ex speciebus diabetis: quā nomina uit Ha. in libꝛo suo de iteꝛioꝛib⁹: z scitū est qō renes attra hunt vrinā sanguinolentā vt ex illo sanguīe mixto cū vri na nutriant renes qñ sunt in sua anitate nāli digerendo illū. Alia vero species diabetis scripta est in libꝛo q dicit maimoꝛ: he aūt qualitates supzadicte aliqñ sil̃ cōponunt Oꝛ si caliditas iuncta fuerit siccitati: erunt accidentia dia betis intensioꝛa z fortioꝛa. Et si cum caliditate fuerit hu miditas: tunc attractio renum est magis remissa: z vrina est colozata valde z spissa. Si aūt frigiditas fuerit compo sita cū hūiditate: sitis modica erit: z vrina fiet discolozata z multa. Oꝛ si ꝓpositio fuerit frīdatis cū siccitate. attra ctio fortis erit valde. Et ex ista ꝓpone efficit diabetes de teriꝰ. z magis maligna ceteris spēb⁹ diabetis: z citius in terficit ifirmū oīb⁹ alys: z vtus patiētis ē debilioꝛ: z sitis est mioꝛ q̃ q̃ fit ex calitate z siccitate: z ꝓsegt iste patiens remediū ex aq̃ tepida magis q̃ ex alys medicis frigidis. Et scias q qōlz mēbrū qñ declinat a sua ꝓpl̃one nāli ī mo dica q̃titate: tūc ei⁹ opatio modicū debilitat: z nō sequūt ide fortia vl̃ grauia accūtia: z tale mēbꝝ dr neutrū ℥ spe culationē medicīe. Scōz āt physicā speculatōez egrū no minat: eo q scia medicie nō ꝓcedit nisi ℥ sensū. Si vero mēbrū ab eq̃litate sua nāli fortiter z ī q̃titate magna de clinauerit: tūc mānifestissime debilitat ei⁹ opatio. z ei⁹ vtu tes ōstruunt. Ducusq̄ iā memoꝛat⁹ suz egritudies mānife stas de diabete cū oīb⁹ suis spēb⁹: z ex gb⁹ cāis hñt ꝓueni re ℔ q nra ꝓsuetudo tractādi exigit z regrit. Nūc āt in tēdo determīare de alia spē diabetis notata a. H. in libꝛo suo de egritudīb⁹ iteꝛioꝛib⁹. Et fuerūt gdā medici q credi derūt q vba ei⁹ sint ꝓria adinuicē: eo q dixit in isto libꝛo de iteꝛioꝛib⁹ q diabetes oziꝛ a siccitate renū: z ī libꝛo q dr maimoꝛ: dixit q fit a ōbilitate vtutis mutatīe renū. Et si ne dubio a debilitate renū ꝓcedit ħ egritudo. z ß ē vitas q de vna spē diabetis logt ī libꝛo de iteꝛioꝛib⁹. z de alia ī maimoꝛ. Nūc vo tractabo de cura haꝝ spērū diabetis: tū aliq̃ añ volo ꝓponere vba: Sunt ista: q cura mēbꝛoꝝ cōsi miliū ē remouere cāz faciēte egritudinem: z reducere ea ad suā ꝓpl̃onē nālē: ꝓsiderādo diuersitatē mēbꝛoꝝ: ℥ eta tē pueritie: z iuuētutis: senectutis: z seny: z ℥ diuersitatez sexus: z ß est mānifestū: z nēcariū ē hec mēbza curare cum medicis exeūtib⁹ in ꝓria q̃litate in silr gradu exit⁹ sue cō pl̃onis: z si volueris minuere de vtute medicīe: videlz vt aliqd min⁹ exeat in ꝓriā q̃litatez egritudis: nō erit pctm̃: nec iuste es reꝓhēdend⁹ ex hoc: eo q id qō nō pōt ꝓpleri ī duob⁹ vel trib⁹ dieb⁹ ꝓplebis in ptib⁹ ℔ illā silr̃itudinē. Et certe ħ ē via pfecti viri: z experti in arte sua. Qm̃. y. dīc studeas tuo posse ꝑficere ifirmo tuo cū icipis curare euz in ꝓspiciēdo cū ß ne inferas ei nocumētū. vide g quā vti le istud documētū existit: Quaꝛopter cū videris mēbrū aliqō elongatū a sua ꝓpl̃one nāli ī duob⁹ vel trib⁹ gradi bus studeas ipm ꝑmo reducere cū medicinis ꝓrys illius q̃litatis in vno gradu vel duob⁹. Sed hoc cōsideranduz est cū summa diligētia z cautela: videlz meciendo q̃titatē elōgationis ꝓpl̃onis inālis a nāli: z ꝓpria ꝓpl̃one: qm̃ ī t m̃ vnus medic⁹ excellit aliū inq̃tū ꝑitati in cognoscēdo

magis altero appꝛopinq̃t. Et hec res est valde necessaria ad sciẽdũ in arte medicie:ꝛ cũ hoc idiget studio magno:ꝛ expientia lõga. Et sup ꝟ est necessariũ vt medicus ſit boni ꝛ pfecti ac pſpicacis itellꝰ. O q̃ꝫ bñ dicit ꝓtholomeus: cũ dic̃ q̄ scia stellaꝝ ex rebꝰ illis est. Et notaꝺ q̄ oĩa mẽbꝛa p̃ncipalia idigẽt medicinis ꝛfortãtibꝰ eoꝝ vtutes:licet cõtrarienť accñtibus ꝛ egritudini. Medicine aũt ꝛfortatiue sunt medicine nõ multũ stiptice:ꝛ hac ꝛfortatiõe indigent cetera mẽbꝛa:q̃ñ qõlibꝫ membꝝ ꝓpriaꝫ hꝫ medicinã ꝛ sibi ꝓuẽiẽtẽ. Et p̃dicte medicie stiptice cũ ꝟ sint aromatice:q̄ aromaticitas necaria est oĩbus mẽbꝛis:exceptis q̃ ex re bozzibili nutriunť:sic̃ sũt ĩtestina:ꝛ renes. Egritudini vero cui stipticitas ifert nocumẽtuz addere debes tãtũ de alys medicinis:donec illa stipticitas occulteť. Et sic iã cõpleui id qõ voui in hoc loco declarare. Nũc autẽ restat mihi determinare de ſpẽ illa diabetis q̃ ꝓuenit ex debilitate vtutis imutatiue. Attende g̃ in ꝟ loco qd dicturus ſim. scias itaq̄ q̄ vtus imutatiua est vna ex vtutibus ꝓcedentibꝰ ab epate. Quarũ q̃ttuoꝛ ibi eẽ reperiunť. vz. attractiua:retentiua: mutatiua:ꝛ expulſiua. Et oẽs iste destruunť destructa ꝓpꝛone epatis ipsi⁹. Defectus ãt q̄ ꝓuenit a debilitate vtut attractiue est q̄ mẽbꝛa nõ attrahũt nutrimẽtũ:ꝛ ide deueniunt ad defectũ ꝛ cõsumptionẽ. A debilitate vtutis retẽtiue segtur q̄ supfluitates q̃ exeunt p sudoꝛẽ vel p fluxũ vẽtris:sunt idigeste. Sz a debilitate vtutis mutatiue ꝓuenit ydropisis:vel diabetes ſm sniaz Ha. Et a debilitate vtutis expulsiue segtur q̄ feces exeũt illaudabiles ꝛ tpe incõueniẽti:ꝛ q̄ id qõ deberet exire cũ fecibꝰ:retineť. Et itez a debilitate vtutis mutatiue ꝓuenit q̄ digestio ẽ icõueniẽs in stõ:ꝛ epate:ꝛ oĩbꝰ alys mẽbꝛis q̃re ex ꝟ ꝓueniunt spẽs ydropisis. vz. yposarca: asclites:ꝛ tẽpanites:ꝛ ẽ possibile q̄ in vno eodẽ infirmo sint due ex istis spẽbus sil̃ ꝛ aliq̃ tres:ꝛ a debilitate hui⁹ vtutis dicit Ha. q̄ efficiť diabetes. Et ꝓ maiozi pte q̃ñ vna ex istis vtutibꝰ debilitať:debilitanť ꝛ reliq̃ si fuerit in membꝛo p̃nci pali: ĩ reliqs vo mẽbꝛis minime:eo q̄ q̃ñ nõ p̃ncipalia exeunt a sua ꝓpꝛone nãli in caľitatez:fritatẽ:siccitatẽ:vel humiditatẽ:nõ debilitanť ꝓpter ꝟ alia mẽbꝛa: sic̃ ex duabꝰ alys spẽbus diabetis. Et scias q̄ ille qui patiť diabetẽ nõ põt assuescere coitũ nec freq̃ntare. Istis aũt ĩunge renes cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ mixto cũ aq̃ dulci multotiens in die:ꝛ habeas cotũ madefactũ in istis pluries ꝛ superpone. Et si distillaueris ab alto p̃dictaz mixturã existentẽ in ampulla hũte os strictũ sup renes erit maiozis efficacie ꝛ penetrationis cũ adiutozio dei. Et regẽdo ifirmuz ꝟ regimine:liberabiť .ſ. in cibo dare ei oua gallinaꝝ ꝛ gallinas ĩ taſſea:ꝛ oleũ ei⁹ in cõdimẽtis ſit oleũ amigdalaꝝ dulciũ: ꝛ comedat amigdalas excoꝛticatas cuz ꝯccaro. Et edus de lacte ẽ ei ꝓueniẽs in taſſea. Et galline ẽt decocte in bono lacte ſil̃ ꝓferũt multũ. Et accidit etiã q̃ñ renib⁹ debilitas vtutis attractiue:ita q̄ renes nõ attrahũt sanguinẽ ad sui nutrimẽtũ:q̃re miſceť cũ vrina:ꝛ segtur ide species ydropisis q̃ dr yposarca:cui⁹ curã supius determinaui in curatiõe speciꝝ ydropisis. Si autẽ debilitas vtutis attractiue renũ fuerit ex supflua hũiditate ipoꝝ:ꝛ de hoc fueris certꝰ:cura tũc eẽ oz ꝛia supꝛadicte. da g̃ ei bibere ſyrupũ de coꝛticibus citri:cũ bona q̃ꝫtitate aq̃. Et cibaria ei⁹ sint turtures:passeres:ꝛ pulli assati in veru:ꝛ elixi ẽt cũ almuri: vel in sartagie fricti. Et galline assate sil̃ ꝓferũt: ꝛ ꝓcede ei vt ml̃tũ coeat cũ mulieribꝰ. Et fac eũ exercitare:qđ est ꝓriũ eius:cui⁹ cã fuerit ex siccitate: q̄ ille idiget gete:ꝛ ocio oĩo. Et ꝓhibeas ei ne itret balneũ:ꝛ si vult intrare nõ ponat se in lauello. Et ei⁹ itroit⁹ sit añ cibũ: standoibi donec sudet:ꝛ nõ dozmiat postea:ꝛ sic in bzeui liberabiť deo dãte. Et põt ẽt deuenire q̄ dicta debilitas vtutis attractiue renũ ꝓceđat a destructiõe epatis:qđ est mẽbzũ p̃ncipale:ſz ꝟ nõ manifestať leuiter in renibꝰ: nisi ꝓp multã attractionẽ ipsoꝝ. Et iã scis q̄ vtus attractiua p̃cedit in nutritione mẽbꝛoꝝ alias vtutes:q̃ñ retẽtiua nõ retinet:nisi rẽ attractã:ꝛ mutatiua nõ alterat nec imutat nisi rẽ retẽtã:ꝛ expulsiua nõ expellit nisi ex re attracta retẽta ꝛ imutata in tpe sanitatis:p accñs aũt ꝛ ex violẽtia expulsiua aliq̃ñ expellit id qđ nõdũ est mutatũ. Et ꝟ in hac debilitate renũ nõ de leui declarať. Sed q̃ñ ꝓpꝛio p̃ncipalis mẽbꝛi destruiť:destruunť cetere vtutes:q̄ q̃ñ epar infrigidať ifrigidatiõe certa ꝛ manifesta:destruiť tũc vtus attractiua ꝛ retẽtiua ꝛ mutatiua. Oꝛ si simpl̃r siccitas ꝓua luerit in ipso eẽe:destruiť inde vtus mutatiua:tñ attractiua:retẽtiua ꝛ expulsiua nõ ledunť manifeste: nisi supabũ dauerit in excessu. Oꝛ si sic fuerit oẽs ide destruunť. Et si humiditas ĩ modica q̃ꝫtitate epati acgriť: nõ ledit ex illa manifeste:q̄ ẽ assuetꝰ illa. Sz si fuerit in excessu destruitur attractiua ꝛ retẽtiua. Mutatiua vero ꝛ expulsiua nõ ml̃tũ ledũť ex illa. Et ĩ sũma dico q̄ q̃libet q̃litas q̃ñ supabũdauerit in excessu:est cã destructiõis ceteraꝝ vtutuz. Et iã supius determinaui de ꝓncipalitate huiꝰ mẽbꝛi ꝛ eiꝰ nobilitate:ꝛ de suis egritudinibꝰ:ꝛ eiꝰ curis:ꝛ de bis que ipsum habent conseruare.

¶ Capituluz. VII. Quod est de solutione continuitatis renum ꝛ vesice.

IN renibꝰ quoq̄ accidit q̃ñ q̄ solutio cõtinuitatis q̃ admoduz ꝛ alys membꝛis accidere cõsueuit. Oꝛ si ex ferro vel silꝫ fcã fuerit: cura est ipossibilis. Si vero ex aꝑate fuerit cõfidere possumꝰ de salute ipsiꝰ: vtendo bis q̃ hũt ipsos cõfortare ꝛ dissoluere: sicut oleũ ro. bonũ. Et põt ẽt ĩ collo vesice aꝑa euenire: sicut in renibꝰ dixi fieri posse: sed istud est minus illo. Et q̃ñ aꝑa oziť in collo vesice: vesica ipleť vrina: ꝛ nõ põt exire ꝛ inde segť angustia ꝛ ingetudo cuz doloꝛe fozti. Et cura huiꝰ ẽ flomia: minuẽdo de sanguĩe ſm q̄ videbiť ꝓuenire: ꝓsideratis tñ ꝓditõibꝰ scriptis in isto libꝛo: ꝛ subtilia regimẽ ipsiꝰ: subtrahẽdo ei oẽs carnes. ꝛ panez ẽt: ꝛ potũ sil̃r mũere debes q̃ꝫtũ potes. Postq̃ꝫ scis q̄ via vrine est oppilata. Et si ex necessitate oꝛ teipsuz cibare da ei talia quoꝝ modica q̃ꝫtitas multuz nutriat: sic̃ sunt oua: da ergo ei duo elixa solũmõ:ꝛ inunge exteriꝰ collũ vesice cũ oleo ro. tepido in quo rose pluries sint mutate. Et cũ ꝟ regimine cito liberabiť ꝓput credo deo dãte: eo q̄ resoluit qđ paratũ est resolutõi ꝛ mitigat id qđ aptũ ẽ recipe mitigationẽ. Et si nõ videris ifirmũ nisi postq̃ꝫ ad saniẽ deuenerit aꝑa: tũc cura eũ sicut dictũ ẽ in aꝑate renũ cũ fuerit apertũ: cognoscẽdo q̄ istud citiꝰ curať ꝛ leuiꝰ aꝑate renuz ꝓpter sui paruitatẽ. Oꝛ si dicta eius plus q̃ꝫ dixi igrossata fuerit: superueniet in loco grossities ꝓter nãm:ꝛ cõstringetur vrina:ꝛ fortificabiť doloꝛ: ita q̄ necesse erit redire ad ꝓmam curã. ſ. ad mitigãdũ:ꝛ resoluẽdũ:ꝛ ad minuendum sanguinẽ. Et possibile ẽ q̄ oppileť collũ vesice cã lapidis: vel a sanguine coagulato: aut a grossa sanie: q̃re difficultas vrine sequiť inde valida. Et cura bꝰ est ĩtrare balneũ: ꝛ resupinare ifirmũ sup doꝛsum suũ. ꝛ mouere eum motu fozti: q̄ ex tali motu grauia ad ifeꝛioꝛa descendũt ꝛ sic lapis descẽdet in vesicã. ꝛ fac eũ vrinare iacẽdo supinꝰ: conꝓmẽdo sua manu:ꝛ vrinãdo cessabit doloꝛ. Et postea da ei medicinas foꝛtes frangẽtes lapidẽ. Et non ĩueni aliqd q̄ tam cito frãgeret lapidẽ: sic̃ ꝟ qđ poꝛtauit pater meꝰ ex oziente:ꝛ vocať oleũ algẽmi. Et cõfert ẽt mirabil̃r paralisi: ita q̄ sanat eam eadẽ die. Et coloꝛ huiꝰ olei est viridis: ꝛ est subtile in substãtia ꝛ clarũ sicut aq̃: aromatici odoꝛis acuti:ꝛ foꝛtis. Et ego vidi plures hoĩes qui curati fuerunt a lapide in. xxiiy. hoꝛis. ſ. q̄ istud oleũ frangit lapidem in eis in illo spatio. Et nũq̄ vidi medicinã tẽpoꝛe meo tã velocis operationis: ꝛ tam miraculoſe sicut ista est. Et dosis

istius olei est q̄rta ps auř. i. Et si sentit ifirm⁹ mozdicatione in vrinādo: misceaſ cū eo bis tm̄ de oleo amigdalaruz dulciū: ꝛ ꝓpineſ ad potādū. Oz si nō inueneris de isto: da bis ei de dianiso ꝛ adriano tm̄ de vno q̄tum de reliq̄ sil: qm̄ ꝓfert multū. Et si haberes de optimo ꝛ puro balsamo ꝛ dabis ei ad bibēdū frāges lapidē. Et iā recozdoz cū eēm in carcerib⁹ hali q ipse misit mihi scriptozē vnū suū: qui erat in ꝓditiōe mozt is a lapide: ꝛ precepi ei vt biberet tertiā partē. ʒ. de optimo balsamo: ꝛ eiecit lapidē cū ipsa vrina ipso die. Et de ꝟ sui medici mirati fuerūt valde: q̄rentes a me si ꝟ haberē ab aliq̄ auctoze. Quib⁹ dixi q sic. Et est possibile q opileſ via vrine a sanguīe coagulato: vel a sanie grossa: quoz forma ē forma sanguisuge. Et ista indiget oio absterſiuis: apitiuis: ꝛ iciſiuis: q̄uis faciāt mōdicationē: ꝛ ꝓcreent dolorē. Sz ꝟ ex necitate ꝓuenit. Et da ei ad bibendum aquaz mellis in qua decocta sint semina cōmunia ꝛ ligritia. Et q̄ velocius ꝓfert istis est syrupus sgnçabin cū decoctiōe liquiritie. Et ꝓfert etiā in ꝟ casu i sirinqa que in arabico dicit alchatatab: pyciēdo per ipaz mel despumatū cum aqua liquiritie.

¶ Capitulū. VIII. Quod est de debilitate vesice ꝛ exitu inuoluntario vrine.

Si accidit aliq̄ debilitas vesice: ita q nō pōt vrinā retinere. Et cās ei⁹ supius determinaui. Et fit sil'r a mozdicatiōe vrine q nō pōt eā retinere q̄re guttatiz exit. Et fit ēt a debilitate vtutis retētiue: vñ exit iozdinate vrina. Et istud euenit aut a mala ꝓplone mēbzi: aut ab hūiditate superflua ibibita in eodē mēbzo: vel a re extrīseca: velut senib⁹ q̄ñ sedēt sup lapides frīdos: vel induūt iterulas ꝛ sarabulas madefactas: ꝛ silia. Et pōt esse ex receptione medicīaz frīdaz: vel appōne eoz q̄ sunt in vltima frīditate erroze medicoz in apate calo. Si aūt hec passio fuerit ex humiditate supflua ibibita in mēbzo. Cura est subtiliare regimē: ꝛ deficcare illud: dādo ei panē bñ fermētatū madefactū in almuri ꝛ oleo: ꝛ turtures: ꝛ passeres assate ꝛ suffricte ꝓferūt: bibēdo aquā in modica q̄ntitate. Et cū bibit illā misceat ipsaz cū syrupo corticis citri: vel masticis: vel sgnanti. Et inūge exteri⁹ locū cū oleo macis mixto cū oloro. spargēdo desup post inūctionē de macis pulueriçatis. Et ꝟ facies donec fuerit liberat⁹. Si vo dcā egritudo fuerit ex mala ꝓplone frīda solūmō absq̄ humozis vitio: vnge cū oleo aneti: ꝛ de alchacoem sil' mixtis añ. cū q̄rta pte eoz olei amigdalaz: ꝛ ꝓtinua hec donec fuerit liberatus. Et ciba eū carnib⁹ anatis: ꝛ anseris assatis: vel decoctis cū rapis. Et colūbini siluestres masculi ēt sunt ei vtiles. Et i istis duabus causis. s. q̄ñ fuerit ex supflua humiditate: vel ex frīditate ꝓfert iungere nuccā post caput cū oleo de lentisco: aut oleo balsami: cui mixta sit decima pars olei sinapis. Et fac abstinere euz ab oīb⁹ rebus frīdis ꝛ humidis ꝛ ꝓprie ab aq̄: qz ipsa nāliter est nociua oībus passionib⁹ q̄ sunt ex frīda ꝛ humida cā: qñ nos nō vtimur in nutritiōe aliq̄ elto simplici nisi aq̄. Oz si qs dixerit nos vtimur igne cū decoquimus tassea: vel carnes elixas ad ignē. Dicim⁹ q hec nō est q̄stio qz si operati sum⁹ ignē in decoquēdo p̄dicta: miscemus aquā in illa decoctione: q frāgit virtutez ignis. Et si dixerit iā decoquunt carnes ꝛ seia sine aq̄ dicimus q hoc fit in minozi pte: qz cognitū est q semīa assata ꝛ carnes assate nō ꝓtinuāt ab hoīb⁹ nisi semel in mēse vel bis. Et ego credo q de mille hoībus vix vnus reperiatur q aqua nō vtaſ. Et si adhuc dicet: nōne q̄ñ imus per desertū ꝛ deficit nobis aq̄ recurrimus ad lac loco aque: ꝛ maxime ad lac ifrigidatū: dicimus q nō reperitur de cibis cōpositis aliquis sic frigidus ꝛ humidus: ꝛ ita vicinus aque: sicut lac. Et iaz deuiaui ab itentione ꝓpa: ꝛ redeo ad ipaz Et dico q si fecerit ista quēadmodū dixi: liberabiſ cū adiutozio dei. Et hucusq̄ locut⁹ suz de renibus ꝛ vesica: nūc autem incipiam loqui de testiculis.

¶ Tractatus. III. qui ē de raicis ꝛ ꝓtinet capl'a q̄nque.

¶ Capl'z. I. Q̄ō est de testiculis ꝛ de sterilitate que ex malа compl'one ipsoz ꝓcedit.

Dico q testiculi sunt ex numero p̄ncipaliuz mēbzoz: ꝛ eoz vtus est magna valde: qz manifeste videm⁹ q glibet eunuchus hz vocē subtilez: ꝛ est vilis ꝓsuetudinis: ꝛ mozis: ꝛ est absq̄ barba: ꝛ nō est stabil' sensus: ꝛ vix vnq̄z iueniſ eunuch⁹ sensati sensus ꝛ itellect⁹: nec legalis: nec vnq̄z fuit auditū q aligs castrat⁹ fuisset bonoz mozum. Sed fozsitan alig reperiunt q habēt aliquā ꝓbitatē cum ydonea ꝛ pulcra receptiōe seu collectōe: sed hoc nō habēt a se: sed a doctrina alioz: qz id q̄ō a suo ꝓprio itellectu procedit: modicū valerc: vel nihil penitus reperiſ. Et aliqui istoz reperiunt q nō fugerēt a leone: ꝛ sūt faciētes magna dona. Et isti idē aliq̄n fugant a modico gd: ꝛ recipiunt retro modicū q ꝑus dederūt. ergo rōnabil'r videſ ex bis q testiculi sunt mēbza p̄ncipalia. Et accidit eis aliq̄n q sperma veniens in ipsis nō bene digeriſ: q̄re nō generāt. Oz si hec mala ꝓplexio in vtero matern fuerit acgsita: non est laborādū a medico. Oz si fuerit post natiuitatem acgsita: aut aliquā habuerūt ab extrinseco cōtusionē: vel aliquaz grossitiē ꝑter nām habuerūt: bene tūc curā recipe possūt: vide ergo q si aligs inuenis vl' medie etatis subito absq̄ cā cognita vel manifesta sterilis fact⁹ fuerit: esto certus q illud nō ꝓcedit nisi aut a mala cōplexiōe calida in excessu: vel frigida: aut hūida: vel sicca: aut a cōpōsita ex istis q̄litatibus ſm q ꝓponunt adinuicē. Et pōt ēt euenire a nimia īpetuositate caliditatis febzis. Et ego cū essem iuuenis vsus erā regimine calido: ꝛ nō generabā. ꝛ nesciebam cām: demū habui causon: ꝛ vsus fui cucurbitis: ꝛ odozabā nenufar ꝛ cāfozaz cū pomis: ꝛ cū fui a febze liberat⁹ genui filios quos habeo: ꝛ alios ꝑter ipsos pl'es. Et sic habes curam hui⁹. s. qz seruare debes istud regimē: ꝛ dare debes ei ad comedēdū cucurbitā decoctā cum poztulacis. ꝛ cū pane bñ fermentato: ꝓsiderādo q modica q̄ntitas baz rerū ꝓfert ei multū. Si aūt dicta passio fuerit a cōplexione frigida: scire debes q modica frigiditas multū īpedit generationē: ꝛ nos tpare debem⁹ illā cōplexionē frigidā cum reb⁹ q̄ sint talis caliditatis q nō noceat generatōi. Et hoc accidēs multotiēs senibus accidere reperiſ. Et cura h⁹ est dare ei de tertio in tertiū die pōdus aurei vni⁹ de tyriaca magna aut de metridato: sed metridatū magis comendo in hoc casu. Regimē ei⁹ sit vt des ei colūbos elyxos cum rapis: vel sine rapis ponēdo bas spēs cū eis. ℞. piperis lōgi: ꝛ cardamomi: ꝛ cinamomi electi: ꝛ aligd etiā de pipere nigro: ꝛ cicera etiā sunt bona in hac intētiōe: ꝛ loco olei oliuarū pone oleū amigdalaz: ꝛ iunge membza spermat] cū oleo de granis alçaury ꝛ oleo rosaceo: ꝛ iunge posteriora capitis cū spina tota ex oleo de ben: in cui⁹. ʒ. i. sit dissolut⁹ auř. ʒ. optime ambze. Et da ei ad bibēdū syrupū de pomis cū ter tanto aq̄ cal'e: ꝛ cū duob⁹ granis musci: ꝛ vbi dixi q debes eū iungere: inūge fricādo cuz fozziter. Et ciba eum ouis elyxis: ꝛ oua ēt piscīū densoz nō hūtium multas spinas ꝓferūt in ꝟ casu: ꝛ gñaliter dico q oua piscīū sunt vtiliora ipsis piscib⁹. Et ꝑ certo cepe cocte cū carnib⁹ arietinis bonis multū ꝓferūt: ꝛ etiā crude valēt ad hoc: ꝑter q ego dico q spma gñatū ex ipsis ꝓcreat filiū stultum atq̄ stolidū: nisi deus auertat qui mūduz regit ꝛ gubernat suo ꝑcepto ꝛ volūtate. Et si spma q̄ō generaſ fuerit humidū: nō tm̄ in excessu ꝓcreat scias. Et si in excessu fuerit humidū nō generat vllo mō. Et cura hoz est ꝙuertere ꝓplones eoz ad siccitatē. Et dabis ei ad bibēdū syrupū de corticis

bus citri cū aqua termarū. Et si non posses hre de illa aq̄ fac bulire de aq̄ cōi in vase optime vitreato vsq; ad ꝓsum ptionē medietatis: ⁊ cū illa syrupuz distempabis: ⁊ comedere etiā cortices citri cōfert. Impedit ēt generatio ⁊ destruit a siccitate supflua. Or si dicta siccitas nō fuerit supflua ꝑ maiori pte ꝓcreabit masculū. tñ oia iussu creatoris ꝓcedunt. Si aūt siccitas exuberauerit in excessu: nullatenus gñabit. Et eoꝝ cure sunt difficiles tñ si lōgo tpe abstinuerit ab vsu mulieꝝ pōle erit ꝙ generabit. Si aūt dicte qualitates fuerit cōpōsite. vz. ꝙ dicta mēbza spmatis fuerint ꝙplonata mala ꝙplone frīda ⁊ sicca: aut frīda ⁊ humida: scias ꝙ iste due complones modicū hñt generare. Cōplexio vero frīda ⁊ sicca generat sperma in modica q̄tate: ⁊ illud qđ generat est subtile. Frīda autē complo ⁊ humida facit subtile magis spma: sed nō in tā modica q̄tate: ⁊ isti modicū generāt: ⁊ qñ generāt ꝑ maiori pte faciūt femias. Et cura boꝝ est rectificare ꝙplones eoꝝ cū medicinis oppositis complonib⁹: componēdo eas ꝑm ꝙ cōuenit. Qui aūt hñt complonez calaz ⁊ siccā: habēt appetituz mulierū tpatū: sz velociter eyciūt spma. Et postq̄ icipiūt spmatiçare appetitus est fortissimus: ⁊ spma ē grossuz valde: ⁊ ꝑ maiori pte isti generāt masculos donec icipiunt senescere. Et qui hñt complonē calam ⁊ humidā sunt habētes appetitū fortissimū anteq̄ eyciūt spma: ⁊ nō eyciunt illud tā velociter: sic illi q hñt complonē calam ⁊ siccā. Et spma ipsoꝝ est mediocre iter grossum ⁊ subtile: ⁊ ꝑ maiori parte faciūt masculos: ⁊ si generāt feminas sunt viriles in fortitudie: ⁊ in politate patiēdi labores: ⁊ totū ꝓcedit ex voluntatē diuinā: q̄ sciēs est oīuz secretoꝝ: sz teneor recordari de hoc qđ dixi medici. Et ꝑ certo medici loquunt vsq; quo itellectus eoꝝ pōt attigere. Et abinde desistūt. Et dicunt silr medici ꝙ habētes talē complonez. s. calam ⁊ humidā generāt multos filios: ⁊ generāt q̄si vsq; ad finē senectutis absq; debilitate vtutis eoꝝ. Aristoteles vo dicit ꝙ a septuagita annis supra nullus pōt masculū generare: sz experimētū nobis certificat: ⁊ manifestat ꝙ nō sic est: qz multos vidimus octuagenarios ⁊ supra masculos gñasse Et q̄uis sint pauci: ēt ex cētū ⁊ supra masculos gnauerūt Et laus sit ⁊ glia ipsi ꝙ hoc fecit ⁊ disposuit. Et credunt quā plures astrologi ꝙ natiuitas aliq̄ nō possit eē talis ꝙ trāseat centū. xx. ānos. Sz hec verba nō sunt concedenda: qz scimus certissime ꝙ spere ⁊ stelle: ⁊ mā ⁊ forma. tps ⁊ loc⁹ sunt res create ⁊ generate: q̄re nullū ꝑfectū vel nocumētū possunt agere vel imꝑmere nisi ꝑcepto ⁊ volūtate dine ꝓuidentie. Et volo dicere in hoc loco qđ mihi successit cū essem in carceribus de haly. Uxor mea erat ꝓgnans: ⁊ hoc ignorabaz: ⁊ ipsa ifirmata fuit tali passione ꝙ necesse fuit mihi dare ei medicinā laxatiuā: q̄ fuit talis ꝙ nullus posset estimare ꝙ aliq̄ prægnās ēt ex assumptiōe modice q̄titatis fetus in ea posset remanere: ⁊ ipa recepit eā absq; lesione sui ⁊ fetus. ⁊ postea declarata fuit ipregnatio eius: ⁊ me penituit valde de errore qđ fecerā: q̄re miseri cordia quesiui ab altissimo creatore de eodē. ⁊ pepit filiū masculū: qđ hodie mecū habeo. O quā comēdanda sunt verba Ba. cū dicit: ꝙ qui a scissura dure matris vel pie matris liberat deus illū suscitauit: hec aūt ꝙplones q̄ ꝑscripte sunt alie sunt a natiuitate. i. in vtero materno acqsite: ⁊ alie sūt que post natiuitatē acquirunt: via aūt cōueniēs ad hoc est vt facias redire eū ad suā ꝙplonē nāles. ⁊ hoc cū medicīs oppositis: sz nō in eodē gradu sui exitus. v. g. Or si aliquis elōgatus fuerit a sua ꝙplone nāli vsus calitatem in duobus gradibus: nō debes ei dare medicinas frīdas in duobus gradibus: sed solum in ꝑmo gradu: eo ꝙ continuādo diu istud regimē: reduces eū ꝑ certo ad suaz complonez nālez absq; lesione ⁊ ifirmitate. Et si subito itenderis ad reductionem sue qualitatis cū medicinis ꝙno oppositis: poterit esse si erit fortis ꝙ sustinebit se ⁊ liberabitur. Sed si fuerit debilis: aut ratione etatis vel nature dubitandū est ꝙ ipsum ad mortem facias deuenire. Quare agenduz est remissius ⁊ magis tēperate sicut dixi. Et totuz qđ dixi mus hucusq; intelligendū est si egritudo fuerit accidēta lis. Sed si egritudo fuerit naturalis: hoc est in vtero matre no acquisita: non euadet nisi vno istoꝝ duoꝝ modoꝝ. vz. aut studeas euz taliter regere ꝙ facias euz permanere in sua crasi ⁊ complone naturali: ⁊ sic poterit vocari sanꝰ in illa complexione: aut vt reducas illuz paulatine ad oppositum sue naturalis complexionis: ⁊ hoc non potest fieri nisi in puero ⁊ in maiori parte. Si vero fuerit maioris etatis: nullo mō ipa sua complo naturalis poterit permutari. Et a pueritia etiā non potest transmutari: nisi cū magna difficultate: ⁊ post longitudinē temporis cum multis expēsis: ⁊ diuersis conditionibus: ita vt nō facias ipsuz exire ⁊ elōgari a suis debitis opationibus nālibus. Et iam hucusq; declaraui signa ꝓpria cōplexionis hoꝰ mēbri vniuscuiusq; ꝙplonis gñalr. Nūc ār remanet mihi declarare alia signa spālia: ⁊ sūt ista: ꝙ pili in pectine citiꝰ oriunt ī ꝙplone calā q̄ in frīda: ⁊ adhuc citiꝰ: si fuerit calida ⁊ sicca: sz cū deuenerit ad senectutē nō crescūt tā velociter. ⁊ ēt ī ꝙplone calida ⁊ sicca sūt pili crispi ⁊ grossi ⁊ nigri. In frīda vo nō oriunt ita cito. ⁊ subtiles sūt: ⁊ nō ita duri: sz sūt blōdi: ⁊ ēt qñ fuerit. s. testiculi frīde ⁊ sicce ꝙplonis. Cū aūt fuerit frīda ⁊ humida ꝙplexio huiꝰ mēbri: erūt pili albi: colorīs lini ⁊ subtiles: ⁊ cū crescunt tendūt aliq̄tulū ad nigredinez. Et nō ĩuenies ex istis ꝙplonibus ꝙ sint debiliores in coitu q̄ qui sunt frigide ⁊ sicce ꝙplexionis: sed ꝙ sunt calide ⁊ sicce ꝙplexionis velocissime erigunt cū forti ⁊ acuto appetitu: sz cito debilitant: ⁊ eoꝝ vtutes diminuunt.

¶ Capm. II. Quod est de apostemate testiculoꝝ.

nem male complexionis:⁊ hec sunt natura egritudinis:⁊ vt⁹ ⁊ cõplexio ⁊ etas ⁊ tps ⁊ alia que rememorari debẽt. Et dicimus vniuersal⁹ q⁹ euacuatio nõ debet fieri nisi cũ humores cursuz nature egrediunt̃ in toto corpore aut in vno mẽbro:⁊ hoc aut qualitate aut q̃titate aut ambab⁹ A quãtitate vo puenit spes laboris extẽsiui que est repletio ſm vasa. Sed repletio ſm vtutẽ a q̃titate ⁊ qualitate puenit:ita q⁹ vtutes nutritiue ⁊ motiue aggregant̃:⁊ vniuersal⁹ oẽs vtutes opatiue:nã qñ debilitant̃ vtutes tunc opationes in humorib⁹ nãles non fiunt:⁊ ſm plus hãc repletionẽ sequit̃ labor vlceratiuus ꝓpter humoꝝ malitiã qui in hac specie repletionis existũt. Isti sunt euõnis modi supfluitatuz que in toto sunt corpe aut in vno mẽbro. Sed locus in quo flobotomia debet anticipare in quãtitate qñ oẽs humores in quãtitate extra cursum naturalẽ augmẽtant̃:⁊ hoc non ꝓuenit nisi cũ augmẽto sanguinis quãtitatiuo ob hoc q⁹ humores in ipso sunt in potentia:⁊ ista augmẽtatio ſm plus laborẽ ꝑstat extensiuũ. ¶ Sed loc⁹ cui minus necessaria est euacuatio flobotomie est qñ humores extra cursum nature in quantitate:⁊ qualitate egrediunt̃. ¶ Et maxime hic ꝓcedit̃ flobotomia qñ humoꝝ q̃litates qualitati sanguinis nõ repugnãt:neqꝫ etiã a substãtia sanguis elõgant̃:hoc est qz nõ sint crudi ⁊ mucillaginosi. Et aliquãdo flobotomia per accidẽs fit sicut fit per fluxũ sanguinis nariũ:⁊ fluxũ emoꝝroydarũ ⁊ siẽ. Sed hoc quantũ possumus vitare debemus:⁊ aliqñ hec spes euõnis fit ꝓpter attractionẽ materie de membro ad mẽbꝝ sine intẽtione euõnis ipsius ex corpe:⁊ vtplurimũ hoc fit qñ sanguis est paucus: ſz tñ maliciosus existit. Et aliqñ in hoc ambe intentiones aggregant̃: hoc est ut euacuet̃ ⁊ subtrahat̃:⁊ tũc ꝓpter hoc istud facim⁹ ut euacuemus materiã egritudinẽ faciẽtẽ:⁊ ꝑseruemus ne augmẽtet̃. Et scias q⁹ qñ intẽdimus solã euõnem tũc a ꝓpinqua parte mẽbri euacuamus:sed qñ subtractionẽ ad diuersaz ĩtẽdimus partẽ tũc a remotiori trahimus parte. Sed qñ ad ambas partes intendere debemus aut ad vnã magis q̃ ad aliã hoc in subsequentibus dicẽt. Et ꝓpter hanc diuersitatem intẽtionis diuersa sunt loca venarũ in flobotomia. Et ꝓpterea in quibusdã egritudinibus intẽdimus flobotomare basilicã:⁊ aliqñ cefalicã:⁊ in q̃busdã mediana:⁊ aliqñ flobotomamus dextrã ⁊ aliqñ sinistrã:sicut declarabimus:⁊ hec sunt loca ex q̃b⁹ euacuatur sanguis. Sed locus in quo farmacare cõuenit in ꝓmis est quãdo humores exuberãt sola qualitate:hoc conseruato ne sint de natura ꝓius dicta:vt nõ sint crudi aut mucillaginosi. nam tũc icisio ⁊ digestio ꝓcedere debent. Et ꝓpter hoc in anticipatione flobotomie ⁊ farmacie est considerandus. ¶ Rasis dicit q⁹ experiẽtia multotiẽs vidit in matrestũ .i. in hospitali pleureticos flobotomatos ante farmaciaz: ⁊ mortui fuerũt:⁊ mihi videt̃ q⁹ hoc fuit ꝓpterea qz mala materia in ꝓfundo corporis in multa erat quãtitate: ⁊ quãdo detecta fuit ad actũ ꝓducta perdidit patientem. ¶ Et aliquando necesse est anticipare flobotomiam ꝓpter multam necessitatem eo q⁹ ĩcontinenti liberantur. Et est sciendũ q⁹ debemus ĩcipere ab eo quod magis necessariũ esse videt̃:⁊ noster carissimus Albumeron Auenzoar. dicit q⁹ nõ debet fieri flobotomia nisi post corporis mũdificationẽ. Et hoc est:qz quãdo vene a sanguine sunt euacuate sugũt superfluitates malas ad nutriẽdũ ĩeptas ⁊ ab his malã acquirũt complexionẽ:⁊ intantum erit flobotomia causa maioris constipationis ventris.qz mẽbra euacuata sugẽdo supfluitates feculẽtas magis exiccant. ¶ Et scias q⁹ est differẽtia ĩter medicinã mollificatiuã ⁊ laxatiuã:eo q⁹ attractiua est cũ attractiõe.⁊ mollitiua cũ mollificatione:⁊ silia hui⁹ sunt q̃ expellũt feces solum: ſz qñ hũores q̃litate peccãt.ſ.vt sint grossi vel viscosi: tunc nõ ẽ cõueniẽs flobotomia neqꝫ farmacia: de flobotomia manifestũ est. Sz de purgatõe:qz hũores si sunt viscosi ⁊ grossi sunt ĩobediẽtes:et iõ medicina trahet bonos: mali aũt remanebũt. Et Ha.qñ eũare volebat ante aduẽtũ febris cũ medicis calefactiuis ⁊ ĩcisiuis eũabat:⁊ qñ febricitabat faciebat hoc cuz fricatione et medicinis subtiliatiuis habẽtib⁹ calorẽ modicũ:et hoc iam declaratũ est in libro cõseruationis sanitatis:et q⁹ fit cũ febre declarabit̃ in libro febriũ. ¶ Preterea farmacia per accidẽs fit aliquando quẽadmodũ flobotomia:sicut qñ damus farmaciam vt humorẽ trahamus qui causa fluxus existit:⁊ hoc quãuis resistat cause:egritudinez tñ augmẽtat. Et ego in sequentibus explicabo vtrũ p siẽ sit aut p ꝺriũm. ¶ Clisterys vtimur qñ supfluitates solũ ex iteſtinis trahere ĩtendim⁹ aut p viã trahẽdi mãm ad oppositã partẽ:⁊ sicut aliqui laudãt vomitũ in egritudinib⁹ partiũ iferioꝝ:sic ⁊ farmacia in egritudinibus partiũ superioꝝ laudat̃:⁊ alig sunt faciẽtes clisteria qñ nõ possunt recipere medicinam laxatiuam:vel qñ ipsam ifirmus deglutire nõ põt:aut ꝓpter lesionẽ ipsius epatis vel stomaci.qz ledunt̃ ex transitu eoꝝ. ¶ Et balneũ vtplurimuz humores subtiles euacuat:⁊ ꝓpterea in passionib⁹ ex grossis humozib⁹ fieri nõ debet nisi ꝑcedat digõ:qz ex hoc iflãmatio toti⁹ corporis sequet̃:⁊ forsaz ꝓncipaliuz mẽbroꝝ ⁊ fames ẽ vna ex speciebus euacuatiõis:⁊ maxime in egritudinib⁹ in q̃bus status ⁊ crisis sunt ꝓpinqua. ¶ Isti sunt modi eũatiõis male cõplexionis materialis ⁊ non materialis.

¶ Cap. II. Qõ ẽ de modo:⁊ qñ fieri dz eũatio ⁊ curatio.

Deinceps dicẽdũ est qual⁹ in supradictis agẽduz sit ſm magis ⁊ min⁹:aut qñ nihil fieri dz ⁊ maxime in eũationib⁹ ⁊ curationib⁹ q̃ fiunt per ꝺriũm:naz in plurib⁹ locis euacuatio ⁊ alie ꝺrietates nõ cõpetũt:q̃uis nã egritudinis illud regrat:⁊ dicim⁹ q⁹ nostra ĩtentio in remotiõe male cõplexionis nõ mãlis est vt rectificet̃:⁊ hoc fieri nõ põt nisi per cõtrarietatẽ curãtis in gradu exit⁹ illi⁹ ꝺrietatis a tẽperamẽto. Sciendũ est q⁹ vt cognoscat̃ mensura distẽperãtie illius corporis oz:⁊ hoc cognosci non poterit:nisi qñ illi⁹ corporis ꝓpꝛia cognita fuerit sana:etas:clima:tps ãni: regimẽ ⁊ ꝓsuetudo.sil⁹ vtus:causa ⁊ accñs: ꝓpterea qz in multis locis nõ attẽdit̃ cause nec vtuti:nisi qñ cã male cõplexiõis mãlis existit. Sed qñ mala cõplexio nõ mãlis ẽ in aliquo singulari mẽbro:tũc mẽsura curationis p ꝺriuz sumit̃ a mẽbro cõplexione:⁊ ab ipsius iuuamẽto:⁊ a colligãtia ipsi⁹:⁊ a situ ipsius:⁊ ab ipsi⁹ sensibilitate:⁊ alys cognitis reb⁹. Sed modi curatiõis male ꝓpꝛionis mãlis ob hoc.qz ĩtẽtio sola est in supflui euacuatione:⁊ in alio non: vt recte ꝑcedat. Sciende sunt cause que illas generãt superfluitates:⁊ si a nã cõplexionis corporis ꝓueniunt aut nõ.qz in aligbus corporib⁹ hũores supfluũt ab eoꝝ naturis:⁊ in q̃busdã ab etate.tẽpore ãni aere ⁊ nutrimẽto:⁊ regimine:⁊ a purgatione eoꝝ.q̃ ex corpore purgari solebãt: vt sunt sanguis emoꝝroidarũ ⁊ menstruus ⁊ ꝓuatio ꝓsueti exercity:⁊ negligẽtia eũationũ:⁊ etiã vtus opat̃ in hoc genere multũ:eo q⁹ in maiori parte nã egritudinis ꝺriat̃ eũationi. Per vtutẽ itelligo vtutes opatiuas:sicut virtus expulsiua:⁊ vtus nutritiua:⁊ vtus motiua. Et aliqñ mot⁹ eũationis vꝛis accipit̃ a mẽbris ifirmis.⁊ maxime a ꝓncipalibus:⁊ opatiões habẽtibus ꝓncipales sicut ab illo qui flobotomia idiget:⁊ oris stomaci debilitatez habet:⁊ etiã quãdo intẽdimus euacuare aliud membrũ ex membris corporis aliqua sunt recipientia demonstrationẽ a locis suorum subiectoꝝ:⁊ suarũ cõmunicationũ ⁊ iuuamẽtoꝝ ⁊ suarũ sensibilitatũ:⁊ forme dispõnis:⁊ modi mẽbroruz totius corporis:eo qz possibile est vt corpus demõstret̃ sit per eũone:⁊ forsan q⁹ nõ:⁊ hoc qñ in corpe nõ inuenit̃ re-

pletio vniuersalis nisi in vno membro solũ. Et impregnatio in mulieribꝰ est exꝛ rebꝰ ſignificãtibus eũonẽ vel ipsiꝰ ꝓuatõez: ꝛ hec sunt q̃ ſignificant in ꝛrietate faciẽdi medicinã vel nõ: ꝛ si purgatio fieri ꝺz vel nõ. Et nunc ꝺcenda est ſignificatio q̃ ſumit̃ a ꝺuabus rebus ſupꝛa ꝺictis. i. ab eũone ꝛ curatõe sine attractõe p ꝛriuz q̃liter ꝺebẽt fieri. Et icipiamus a curatõe per ꝛriũ: ꝛ ꝺicamus ꝙ a medicis ꝺciñ est ꝙ qñ ꝙlo aer tꝑs anni: ꝛ ſimilia cum egritudine ꝓueniũt: tunc nõ est egressa ꝙlo a natura ꝓꝓria nimio exitu. vbi gꝛa. iuuenis calide ꝙplexionis in regiõe calida: ꝛ tpe anni calido ꝛ ꝺieta calida cui ſupꝛueneꝛit causon: nõ erit iste a suo naturali ordine multũ ꝑmutatus: curãdus tñ erit cũ rebꝰ in friditate remissis. Et qñ huius cõtrariũ accidit: tunc multa facta est ẽlõgatio: ꝛ ideo huic resistendũ erit maiori ꝓtrarietate. verbi gꝛa. ſit homo senex frigide ꝙplonis in regione frigida cui ſupꝛueniat causon: ſm illos ĩdigebit re multũ in friditate ꝺisteꝑata. Et ego ꝺico ꝙ maxime apꝑaꝛet ꝙ nõ vez ꝺicunt: qõ manifeste videmus p ſenſibile argumentũ: qꝛ iuuenis ſupꝛadictus q causonẽ patiẽ curari nõ poterit nisi cũ rebus habentibus in fine vel intẽſam friggiditatẽ ſicut cum aqua cucumerũ ꝛ canforꝛe. Et ſeni ſupꝛadicto ſi talia ꝑpinẽtur calor naturalis ipsius extinguet̃ ꝛ morieꝛ. Et ꝺico ꝙ illud quod ad hũc errorẽ ꝺeducit eos est vna regula generalis quã posuerunt ſine ꝺiſcretõe pꝛecisa in gradu elõgatiõis ſenis a ſuo calorꝛe naturali ad extraneũ calorẽ cũ equalez portionem posuerunt cũ elongatõe caloꝛis iuuenis a ſuo coloꝛe naturali ad extraneum. Et maxime qñ ꝺixerũt ꝙ maioꝛ est elõgatio. nã hoc impoſſe est. naz tu ſcis ꝙ calor exneus a nãli ramificatus est: ꝛ si poſſe esset vt equalis esset elongatio: tunc vere necessario ſm viã curatõis per ꝙplonem essent refrigerantia multũ fortioꝛa in coꝛpoꝛe senis quasi ad tertiũ gradũ: sed hoc in ſe ipso veritatem nõ hz. Ob hoc ponamus iuuenẽ colericũ calide ꝙplonis in ꝑmo gradu ꝛ ſupꝛueniat ei febꝛis q̃ ipsum transferat ad zm graduz caloꝛis: tunc iſte nõ est elõgatus a ꝓꝓꝛio caloꝛe vel ꝙplone: nisi ad vnũ gradũ: tñ cum rebꝰ in ſecũdo gradu fridis curari nõ poterit: ꝛ hoc ẽ ꝓpter fortẽ ꝑmutatõez quã medicine ꝓcipiũt ĩ coꝛpoꝛe iuniorꝛis ad ſubam igneã: eo ꝙ elõgatus est a ſuo tẽperamẽto ꝓpter fortitudinẽ caloꝛis extranei. Sz si ſeni ſupꝛadicto frido in ꝑmo gradu ſupꝛueneꝛit egritudo ipm ꝓducens ad zm gradũ caloꝛis: iaz elõgatus est a ſua ꝙplone naturali magis q̃ iuuenis ꝑnominatus: qꝛ iuuenis est elõgatus p vnũ gradũ: ſed ſenis elõgatio est duoꝝ graduũ aut pluriũ. Et ꝓpter hoc si possibile esset cõcederemus ſm elongatõez fieri ꝓtrariũ nociuũ reſpectu ꝺiſideratõis finis ꝛz diuerſitatẽ ſubi: ꝓpterea qꝛ quasi impoſſe est senẽ ad illũ graduz ꝓuenire: ꝛ si ꝓueniꝛe ĩchoaret anteq̃ ad terminũ illũ attingeret moꝛiretur: ꝛ si sanaꝛ ſm elõgatõez ſupꝛa ꝺictã bonũ finẽ nõ ꝺsequeꝛet̃ q̃uis aliq̃tulũ viuere possit: qꝛ medicie eidẽ ꝓueniẽtes ꝙplonẽ mẽbꝛoꝝ suoꝝ radicaliuz ꝓpter ipsaꝝ frigiditatẽ lederẽt: ꝛ sic a temperãtia magis elõgarenꝛ: ꝛ multa elõgatio tẽperãtie causa mortis ẽ aut egritudis. ꝓterea ſm eoꝝ ꝺciñ medicine iuuenis ꝛ senis fride debẽt esse in eodẽ: qꝛ si vnũ coꝛpꝰ calm est ſupercalefactuz vſq̃ ad zm gradũ ꝛ coꝛpꝰ frigidũ est ſupcalefactũ vſq̃ ad zm graduz ꝛ vnũ coꝛpꝰ calidius alio nõ est. Sz scire debes ꝙ si iuueni medicie fride adhibeanꝛ vltra ſuã ꝙplonẽ naturalez: qꝛ ei nõ nocet: imo ꝑsunt: eo ꝙ ipsiꝰ virtꝰ fortis existit ad eas ꝑmutãdas: ob hoc ad gradũ coꝛrũpẽdi nãm nõ ꝓueniunt: ſed ipsam ad tẽperantiã reducunt: qõ seni non accidit ꝓpter ipsiꝰ mẽbꝛoꝝ radicaliũ frigiditatez: ꝓpter hoc ſufficit seni qui febꝛẽ calidiſſimã habet medicina frigida in ſecũdo gradu per rõnes ſupꝛadictas: ꝛ etiaz qꝛ coꝛpus senis potentiã non habet cõuertendi medicinas ad ſubſtantiam igneã quẽadmodũ iuuenis coꝛpus. Et ſi queratur quomõ possit seni tãta febꝛis caliditas aduenire. Reſpõdemus ꝙ fieri põt ꝓpter ꝺiete siue inoꝛdinatõez. Nã ſi ꝺieta cõuenienti vteret̃ impoſſibile esset vt talẽ incideret febrẽ: ob hoc qꝛ egritudines vt ꝺictuz est in libꝛo egritudinũ: non nisi ꝺuabus fiunt causis: aut a ꝓꝓria ꝙplone membꝛi mala: aut a rebus aduenientibus ab extrinseco. Et qñ ꝙplexio ꝛ aer ꝛ regio ꝛ etas ꝛria erũt egritudini senis: tũc nõ remãebit eiꝰ causa nisi regimẽ ꝛ ꝺieta: ꝛ qõ ex parte tpis anni cõſideraꝛ itelligiꝛ a natura partiũ tpis anni. Et vlr qñ aer ꝛrius est egritudini tũc bonũ est infirmo ꝛ gaudiũ medico: ꝛ si aer p ſe talis nõ exiſtit: tunc medicus artificialẽ facere ꝺz. Et modus medicatiõis qui ſumitur a cõſuetudine in re vtrũ fieri ꝺebeat aut nõ aut quãtum fieri ꝺz est ſicut potus aque frigide in igne ardẽti. nam si infirmus aſſueueꝛat potuz aque frigide in tpe sue ſanitatis ſine leſiõe secure possumus ꝺare tpe egritudinis quãuis epar ꝛ os ſtomaci habeat frigidũ: ꝛ si hac aſſuetus nõ fuerit aqua frigida eidẽ nullo mõ ꝓpinet̃: ꝙ si neceſſitas nos ad hoc cogeret ad hãc ꝺandã: tunc minoꝛe ꝺabimus q̃titatẽ ꝛ minus frideꝛ: eo ꝙ cõſuetudo cõplexionẽ in ſimile ꝓuertit paulatiz: ꝛ lõgo tpe banc ꝙſuetudinẽ acgrendo. Sed qñ ꝓtrariũ ſubito fit ꝛ ſm multũ naturã coꝛrũpit. Et ꝟ est qꝛ vna vꝛ ꝓpter quã natura ĩtellexit gradatim per tpa anni de vno ꝛrio ad ꝛriũ transire: qꝛ si ſubito de calido ad frigidũ de frigido ad calidũ trãſiret natura: tolerare non posset: ꝛ ꝓpter ꝙſuetudinẽ ꝺictũ est a ꝙbuſdam ꝙ gdã paulatim ſumpſerũt venenuz ac gradatim: ꝛ cõuerſum fuit in eis ad cibũ ꝛ in habitu ſine nocumẽto. q̃uis ita ꝺicãt: tñ ego nõ ꝓcedo: imo argumẽto demõſtratiuo: ꝛ ĩ epl̃a tyriace ꝛ ueneni repꝛobaui quã ad glauconẽ trãſmiſi. Sed qõ ꝺicũt ꝓcedo ꝙ medicus de vna medicina ad aliã ꝑmutare ꝺebet qꝛ si ſolũ vna uteret̃ medicina poſſet ꝙ natura in habitũ ꝓuerteret̃: ꝛ in coꝛpe debitã nõ faceret opationẽ: ſed vtus ꝙſiderãda est in eo qõ fieri debet in eũone ꝛ in medicatione: que per ꝛriũ fit. Sed in eũone manifeſtũ est ꝙ tenoꝛ virtutis ꝺebet attẽdi. ſed in alteratione est ſicut balneatio aq̃ frigide in etbicis ꝙ ꝑdeſt. Sed si diu aſſuefiãt mẽbꝛa ledet ꝑncipalia: ꝛ mortẽ inducet: ſicut ꝺicit. H. ꝙ vni accidit iuueni malã cõplexionẽ non mãlẽ bũti in ſtomaco cui medici aquã vitabant: ꝛ ipse ꝓpter nimiã aque auiditatẽ magis elegit mortẽ q̃ vitã: ꝛ multã aquã frigidã bibẽs ſubito a mala cõplone ſtomaci euaſit: ſed ꝓpter aque frigiditatẽ remãſit ei iſenſibilitas quedã ipz ĩ trãſglutiẽdo ipediẽs: ꝛ sic mortuus fuit.

¶ Sed male cõplexioni que est cum materia necesse est duas ſpes medicatiõis aggregare: ꝛ aliq̃ ſignificatio ſumit̃ ab alteratione male cõplexionis ꝛria ſignificationi que ſumit̃ a materia: vbi gꝛa. febꝛes putride: ꝛ maxime q̃ de materia cruda ꝛ groſſa in q̃tuz sunt de mala cõplone calida ꝛ ſicca indigẽt humectatione ꝛ refrigeratione. Sz ꝙſideratione coctionis malũ nocumẽtũ ipoꝛtabũt: ꝛ hic bona medici ꝺiſcretio neceſſaria exiſtit: circa quã plus inſiſtere ꝺebet. vbi gratia. qñ illõ qõ plus neceſſariuz febꝛi flematice exiſtit est euõ materiei: ꝛ in febꝛibus colericis est accidẽtibus obuiare: ꝛ qñ ambo equales in ꝺubitatione exiſtunt: tũc ambo equaliter curare ꝺebes. Sed quando accidens non timeꝛ tunc ſtudeas causam totaliter remouere: qñ taliter ipsam curabis complete ſimili ratione in egritudine: ꝛ accidentibus egritudini contrarys: ſicut est febꝛis ꝛ ſincopis: qa tu ſcis qualiter curari ꝺebẽt: eo ꝙ in febꝛe neceſſe est infrigidare ꝛ in ſincopi caleface re: ꝛ ſincopis indiget nutritione ꝛ febꝛis euacuatione indiget ſicut ꝺicturi ſumus. Et hic scire ꝺebes ꝙ accidens quod egritudini contrariatur non ſequitur nisi egritudinem que contraria est pꝛime egritudini ut est ſincopis ex

inanitõe que cõtraria existit. Sed qñ causa male complexionis nõ est mãlis: hec manifestatio ibidem non reperit vt in effimera. ⁊ etiam qñ accidit mala cõplo ab extrinseco: qz tu scis qualiter curari dz. De sunt significationes q̃ sumuntur a mala ꝓplone totius cozpozis. Sz qñ in vno mẽbzo egritudo singularis existit: tũc significatio sumit vt dcm̃ est a mẽbzi ꝓplone. vbi gra. qñ cerebzo euenit mala ꝓplo frigida signũ est q̃ hec egritudo est leuis: qz pauca ⁊ leuis facta est elongatio a sua ꝓplone naturali: ⁊ tũc debet curari cũ medicinis debilẽ calozẽ hñtibus: qz tunc alia mẽbza sunt ifrigidãda: ⁊ nõ ipm cerebzũ: ⁊ hec est cõparatio iuuenis ⁊ senis: quẽadmodũ supza diximus: ⁊ qñ indiges calefactione cerebzi: tunc calefac ipm sine timoze. ⁊ si vis infrigidare illud facias cum timoze. Sed alia membza frida sicut sunt nerui ⁊ similia: si ifrigidant̃ calefac ipsa sine timoze: ⁊ qñ sunt refrigerãda non calefacias itez nisi cũ timoze ad hoc vt non trahas ipm de sua complexiõe. Et sicut diximus de his eodẽ modo facias de siccis ⁊ humidis: qz cozpozib⁹ nõ accidit nocumentũ: nisi ex parte el'ti dominatis sup ipsa. Et qñ sciueris q̃ iuuamentum mẽbzi magnũ est in cozpoze: ⁊ erat. s. mẽbzuz ex p̃ncipalib⁹ que magnã hñt opatõez: arguas augere virtutem ipsi⁹ sup oĩa: ⁊ hoc nõ dico nisi ꝓptercõicatõez membzoruz p̃ncipaliũ quã hñt cuz cozde: qõ est fons calozis ⁊ minera vite. ⁊ ideo nõ opz multiplicari ꝓtrarietatẽ in talib⁹ membzis: ⁊ propzie q̃litatẽ frigidã. Et ꝓpter hoc est timẽdũ qñ accidit epati cõplexio calida refrigerare ipm cum reb⁹ que sunt in vltima frigiditate: quãuis manifestet̃ necessitas refrigeratiõis vltime: ⁊ hoc dico ꝓpter p̃ncipalitatẽ huius mẽbzi. Sed vez dicimus ex colligantia isto⁹ membzoz recipit̃ demõstratio ipsoz: verbi gra. nõ debemus refrigerare os stomaci maxima refrigeratõe: qz est colligatũ cũ cerebzo frigido: ⁊ quãuis sit calide ꝓplonis. Et nõ debemus itez refrigerare multũ epar: qz est colligatũ cuz cozde. Et summa huius est q̃ qñ volumus facere ꝓtradictõez mẽbzoz p̃ncipaliũ in calozе adhibeas curã de cozde: eo q̃ ipm est colligatũ cuz his mẽbzis. s. p̃ncipalib⁹. ideo qz coz est oĩbus his in potentia q̃uis sit vnuz in actu: sicut declaratũ est in libzo sanitatis: ⁊ tpe quo erit epar male ꝓplonis calide intẽdas ĩ refrigerãdo coz cum medicinis facientibus hoc: qz pole esset q̃ coz esset causa male ꝓplonis epatis: ⁊ tũc rediret ad malignanduz coz. ⁊ ꝓpter hoc nõ opz relinquere coz inter alia mẽbza. Et nõ opz solũ curare sup hoc. s. in refrigerãdo ⁊ calefaciendo ⁊ exiccãdo ⁊ humectãdo: sed ẽt in oĩbus opatõibus fortib⁹. s. in opatõibus secũdis ⁊ tertys. Sed demõstratio huius loci subiecti: ⁊ hic est manifesta: qz qñ erit mala ꝓplo sup cozpus. i. in supficie cozpozis non eges medicis fortis q̃litatis: sed qñ est in cozpus opz te vti medicinis fortib⁹: eo q̃ debilitat̃ virtus ipsa z̃ ꝓpter trãsitum quẽ faciunt per alia membza: verbi gratia. sicut est pulmo.

¶ Caplm. III. Quod est de speciebus euacuationis scilicet de flobotomia ⁊ farmacia.

Ucusq̃ diximus de demõstratõe medicinaruz p̃ viã ẽrietatis: nũc vo loq̃mur de demõstratõe specie z̃ eũonis: ⁊ ꝓprie duaz̃ specierum. s. flobotomie ⁊ farmacie. Dico itaq̃ q̃ qñ natura egritudinis significat sup necessitatem flobotomie necesse est vt ꝓuideat̃ etas: ⁊ virtus: et aer: ⁊ regimẽ: ⁊ ꝓsuetudo: ⁊ si oĩa ista significant super necessitatẽ flobotomie: tũc secure minuas sine timoze: ⁊ attendas q̃ nõ sit in cozpoze aliq̃ mẽbzũ lesuz qõ deneget flobotomiã. vbi gratia. sicut est os stomaci frigidũ qõ patit̃ nauseã: ⁊ etiã q̃ eger nõ diu egrotauerit: ꝓpter qõ pdiderit virtutẽ. Etas aũt q̃ est cõueniens minutioni est iuuentus ⁊ etas in q̃ minuit̃ ꝓter iuuẽtutẽ est p̃ncipiũ septimane sexte vsq̃ ad septuagesimũ annum. Uez minuere debemus de q̃titate sanguis. i. minus ex̃bere de sanguĩe quãuis sint hoies q̃ tolerẽt flobotomiã vsq̃ ad octuaginta ãnos. Sed nõ debemus minuere vsq̃ ad duas ãnozuz septimanas ẽm. H. q̃uis natura egritudinis hoc requirat manifeste. Et dixit Abomozõ Auẽzoar: ego minui vnum meũ filiũ triũ annozũ ⁊ euasit a mozte. Et virtus q̃do est multũ debilis nõ sufficit vt solũ minuamus de quãtitate sanguis: sz ẽt opz vt ꝓhibeamus flobotomiã oĩno: ⁊ si viderim⁹ q̃ patiẽs non potest viuere sine minutõe: sicut accidit in egritudinib⁹ senũ facias cũ timoze tñ. Tps autez cõueniẽs flobotomie est ver: ⁊ tps estatis ꝓhibz flobotomiã: ꝓpter debilitatẽ virtutis in illo tpe: ⁊ pp resolutiõez spũum. Uez si regrat nã egritudinis facias eũonez: sz in parua q̃titate: tps vo hyemis ꝓhibet flobotomiaz ꝓpter coagulatõez sanguinis: ⁊ ꝓpter grossiciez quã hz isto tpe. Tps aũt autũni: qz est ꝓpinquũ estati in sua tẽperãtia sicitatis ⁊ caliditatis nõ est cõueniẽs ad flobotomiã pp siccitatẽ ipsius: ⁊ pp turbatõez vento z̃: ⁊ pp debilitatẽ opationũ: ⁊ pp tps calm qõ ꝓcessit. Nec ita ꝓuat̃ flobotomia oĩno. s. qñ nã egritudis regrat: sed minu ẽduz est ex quantitate. Et qñ intẽdimus flobotomare aliq̃ membzũ cozpozis: ⁊ repletio solum fuerit in illo membzo: tunc significat super diminutione quãtitatis sanguinis: ⁊ ideo necesse est vt trahamus ẽm quantitatem illius loci in duabus vicibus aut tribus: ad hoc vt non reciperet damnũ illud membzum si egrederetur totum simul.

¶ Caplm. IIII. Quod est de farmacia.

Bere vo medicinas laxatiuas: etiã h̃ significat sup q̃titatẽ eũonis: ⁊ ifans nõ debz eũari aliquo mõ: neq̃ decrepit⁹ etiã: neq̃ debz cũari tpe estatis nisi ducat ad hoc necessitas magna ꝓpter siccitatẽ magnã tpis ⁊ caliditatez ipsius: ⁊ qz acq̃siuit egritudini cõplonẽ similẽ cõplonі ei⁹: neq̃ sumẽda est medicina tpe hyemis: eo q̃ hũozes sunt duri illo tpe. Et medici laudauerũt farmaciã vere ⁊ autũno: qz hũozes nõ egrediunt̃: vtplurimũ tpe autũni a natura nisi in q̃litate solũ. ¶ Noĩs vo quos nõ cogit ad sumẽdã medicinã nisi ꝓseruatio sanitatis sumere debẽt post q̃ pluerit: eo q̃ pluuie frãgunt siccitatẽ illius tpis. Uerũ est si cõmotio cõplonis sup eũonẽ medicine: est tpe in quo ẽ hũoz in cõparatione cõplonis: tũc nõ debz eũari nisi cũ timoze: sed cũ erit ẽriũ minuas ex q̃titate. i. qñ aliqs hũoz supabũdauerit. Et ꝓsuetudo qdẽ opat̃ in hoc: quẽadmodũ in alys. Qñ aũt erit intẽtio eũandi aliq̃ mẽbzozũ cozpozis significat sup eũonẽ ipsius sicut diximus locus subiecti ⁊ colligãtia mẽbzi: vbi gra. qñ voluerimus eũare cerebzuz p̃ viã flobotomie minuemus cefalicã: qz ꝓpter maiozẽ colligãtiã cerebzi cuz cefalica q̃ cũ basilica: ⁊ etiã qz colligãtia adiuuat in eũone: ⁊ cum intẽdimus trahere ad ẽria. vbi gra. cuz nimis abũdãt mẽstrua apponimus ventosas ad mamillas: ⁊ cuz erit decursus supfluus ex parte sinistra nasi apponemus vẽtosaz sup splenẽ: qñ vo erit ex parte dextra apponemus epati. ¶ De loco vo appositõis si est mẽbzuz qõ intẽdim⁹ eũare in alto cozpozis fiat euacuatio in ifimo cozpozis: ⁊ hoc est melius: eo q̃ coadunatur hic eũo ⁊ attractio: ⁊ ideo laudat̃ vomitus in egritudinibus exñtibus in iferiozib⁹ cozpozis: ⁊ farmacia in superiozibus. forma vo mẽbzi ⁊ creatio ipsius demõstrãt iterũ sup euacuationẽ ipsius: verbi gratia. nos scimus de curatione stomaci q̃ possumus euacuare ipsuz per vomitũ ⁊ solutionem ventris: ⁊ scimus etiam de curatiõe epatis q̃ euacuamus ex gibbositate per ꝓuocationẽ vrine: ⁊ ex cõcauitate p egõnez. Et ꝓterea figura membzi est considerada in transitu medicine: eo q̃ non est conueniens apostemata ipsoz per ipsa euacuare per transituz medi-

cine fortis ꝑ membra ipa nec gule apata per gargarisma. Itez nobilitas membri ꝛ ipsius iuuamẽtum similiter ad cõseruandã suã naturaz nos iducit: ꝓpterea qz tale membrum cũ corde maiorẽ colligãtiaz habet. verbi gratia. qñ epatis apa in statu fuerit: ꝛ tunc de iure resolutiue essent ꝓpinãde iquantũ apa existit: sz inquãtũ est in mẽbro tali medicĩa a rebus habẽtibus aromaticitatez nõ debet denudari: ꝓpterea qz mẽbrũ multe sensibilitatis fortes nõ sustinet medicias. Sed de mala ꝯplone in seipsa a qbusdam creditꝫ qõ ꝛ ipsa neget euacuatiõez materiei facientis ipsaz. ꝛ hoc nõ est nisi in cũone que fit ꝑ medicinaz laxatiuã solũ: eo ꝙ facit malã complexionez abundare. Et iterum dicũt medici ꝙ nõ debemus eũare cũ medicĩa laxatiua in ꝓncipio febriũ ꝓpter duritiẽ humoꝝ in illo tpe ꝛ ego declarabo hoc inferi⁹. dicit Dypo. mulier pregnãs nõ debet flobotomari: nisi quãdo embriõis virtus fuerit fortis: hoc est a q̃rto mẽse vsqꝫ ad septimũ: nisi humores fuerit furiosi: ꝛ farmaciã ꝓcedit tunc. Ego aũt dico ꝙ flobotomia qñ adest repletio qua embrio nõ indiget nõ est mala: sed farmaciam nõ credo ad bonuz puenire finẽ: immo necessario ledit embrionẽ: eo ꝙ in se substãtiã habet venenosã ꝛ fortasse faciet malos humores fluere ad embrionẽ vt ipsuz ledant: ꝓpterea medicine purgãtes sunt medicine ꝓuocãtes vrinã: ꝛ qõ prouocat vrinã est de genere ꝓuocantiũ mẽstrua: ꝛ qõ menstrua ꝓuocat aborrire facit. ꝛ iste regule vles medicationis male ꝯplonis materialis ꝛ non materialis sũt sicut ꝓncipia ꝛ elta ad illud qõ breuiter dicere volumus in q̃libet istaꝝ specieꝝ. Et nũc incipiã in curis vniuscuiusqꝫ spẽrũ istaꝝ: ꝛ diuidã hoc modo: q̃uis isto mõ non ꝓcesserim in libro egritudinũ: eo ꝙ hec via hic vtilis existit. Et dicamus ꝙ mala ꝯplo materialis aut nõ materialis aut ẽ vlis toto corpori ꝛ q̃ magis est manifesta ẽ febris: aut existit ꝓticularis vni mẽbro soluz. Et q̃ mãlis existit sunt due species: qñ aut in ꝓcauitate mẽbri exñs aut in ipsius suba imbibita reperiet absqꝫ aliqua grossitudine vel tumore in nãli mẽbro euenienti: aut accidet mẽbro grossicies mala q̃ apa nominaꝫ ꝛ incipiemus in mala cõplexione vli. ꝛ post hoc de mala cõplexione loquemur particulari in quolibꝫ membro: ꝛ post illud de apostematibus que illa sequunt̃: ꝛ principiuz in febribus ab effimera faciemus.

¶ Cap. V. Qõ est de cura febris effimere in generali.

Et dicimus ꝙ intẽtio medicatiõis in illa due res existũt: vna ad remouẽdum calidã ꝛ sic. malã ꝯplonẽ q̃ est in ipsi⁹ suba: ꝛ hoc fieri dz infrigidãdo ꝛ humectando. Et alia vt cause extrĩsece febrẽ faciẽti resistaꝫ: ob hoc qz hec fe. nihil aliud est: nisi mala ꝯplo nõ materialis q̃ vt plus a causis extrinsecis causaꝫ. Et mẽsura infrigidatõis ꝛ humectatõis in hac fe. est ꝑm mensurã reꝝ particulariuz: sicut est complexio aer: etas: ꝯsuetudo: ꝛ regio: ꝛ cause ipaz facientes. Et scias ꝙ refrigeratio in febribus per se ꝛ per accidens fit. per se sicut ꝑ medicinas ꝛ cibos frigidos per accidens vero sicut balneari in aqua calida aut tepida: ꝛ maxime in hac feb. fit: eo ꝙ per ipsam in spiritualibus vapores dissoluuntur qui nisi resoluerent̃ corpus nimis inflãmaretur: ꝛ fortasse ad putridã conuerteretur: ꝛ propter hoc balneũ est omnibus cura vniuersalis. Sed iter aquã existit diuersificatio secundũ diuersitatẽ causaruz facientium feb. ꝛ hec fe. secũdum plurimũ accidit ꝓpter cutis densationem qõ pluries accidit ꝓpter frigus: aut ꝓpter in aquis stipticis balneationez: aut ꝓpter necessariam balnei negligentiam: aut ꝓpter totius corporis siccitatez: sicut illis accidit qui in aere calidissimo degũt. Et vere plurimum hec feb. accidit habentibus complexionem calidam et siccam.

¶ Cap. VI. Quod est de cura febris effimere in spãli.

Et de hac prima loqui volumus. ꝛ postea de complexiõe ca. ꝛ hu. ꝛ vltimo de cal. solũ. Et dicimus ꝙ quãdo accidit ꝓpter cutis inspissationez: aut ꝓpter aquaꝝ stipticaꝝ balneationẽ medicatio per contrariũ illis erit balneatio in cala aut tepida aqua post declinatiõez poxismi: ꝛ fricatio vtilis existit ĩ exitu balnei cũ oleo tepido ĩ quo nulla stipticitas repiaꝫ: nõ est necessariũ balneuz reiterare vltra semel sicut. H. faciebat: qui infirmũ faciebat intrare bis ꝛ ter: eo ꝙ hoc regimẽ nõ conuenit: nisi hominibus assuetis multũ balneari: sed embrocatio post balneũ cũ aqua frigida vt mihi videtur iterata conclusionẽ faceret pozoꝝ: nisi pori nimiũ fozent aperti aut corpus eẽt nimis calefactum. Et melioꝛ cibus qui post balneũ est ꝓpinandus si erit complexionis calide ꝛ sic. ꝛ tempus fuerit ca. est ptisana ozdei: eo ꝙ infrigidat ꝛ bũectat: ꝛ adiuuat ad expellẽduz superfluitates per omnes suas vias: ꝛ post huius digestionem dandi sunt pisces petrosi: carnes perdicuz ꝛ similiũ. Et si aliũ fecerit paroxismũ balneũ ꝛ dietam hãc reiterare debes. Et aliquãdo ꝓpter nimiã tristitiam ꝛ multã irã fit: ꝛ propter multam in sole mozam. Et que ꝓpter iram accidit maiori indiget refrigeratione q̃ illa que ꝓpter vigilias aut ꝓpter tristitiam ꝓuenit: ꝛ nulla istaruz indiget fricatione: sed balneo soluz. Et que ꝓpter vigilias ꝛ tristitiam fit maiori indiget humectatione somno ꝛ gaudio. Et que ꝓpter mozam plurimã in sole accidit indiget refrigeratione: ꝛ vt longã in aqua calida cõtrahat mozã: ꝛ facta fricatione cum oleis frigidis ꝛ inungaꝫ cum oleo viol. ꝛ similibus. Et quando ꝓpter multaz accidit frigiditatem balneum intret caliduz: ꝛ balnei calidus aer vtilioꝛ existit balneo aque. Et cibi temperati eẽ debent aut ad caliditatem declinantes vt turtures coturnices ꝛ similes: ꝛ aqua mellis valde vtilis est: caput vo talium oleo ro. inungatur: ꝛ alys actu calidis: quẽadmoduz alys frigidis in actu inungi debent. ¶ Et scias ꝙ vniuersalis medicina omnibus patientibus effimerã existit balneum exceptis patientibus reuma ꝓpter frigus. Et in effimera ab apostematibus inguinum aut subascellaruz causata: et si causa reumatis calida fuerit. Dicit. H. ꝙ balneum intrare debet: ꝛ hoc non dicit nisi quia sufficiẽs est in humorum subtilium digestione: sed grossos disperget per totum corpus: nec balneari debet nisi post digestiõis complemẽtuz. Et vina aquosa alba aromatica omnibus istis vtilia sunt si bibere assueti fuerit: ita ꝙ post digestionem bibantur: nam plura habent iuuamenta q̃ aqua. nã vinum natationem cibi in stomaco vetat: ventositatẽ resoluit: vrinam prouocat ꝛ sudorem: animaz letificat ꝛ adiuuat naturam ad expellenduz superfluitates quãdo patientes hanc feb. debilitatem incurrũt digestionis: ꝛ maxime habẽtes ipsam ex vigilia vel tristitia. ¶ Sed que a fessitudine est tantũ in sua curatiõe indiget dieta versus frigiditatem tendente: ꝛ vt cibetur quantitate tali q̃ nauseam non inducat. ¶ Sed illi qui hanc feb. patitur ex fame ꝓpinanda sunt cibaria valde ꝛ cito digestibilia tendentia ad frigiditatem ꝛ humiditatem: ꝛ ꝓpter boc si cibaueris tales in principio paroxismi non febricitabunt. ¶ Sed si ꝓpter cutis fuerit cõstrictionẽ in primis trib⁹ diebꝰ erit sufficiẽs fricatio: sicut cũ semine melonũ. milꝫ aut ozdei farina: aut fabe vel ozobi: ꝛ que appropriant̃ ꝑpina sicut squinzibi cũ aqua ireos. ꝛ capill. vene: ꝛ viol. et si hec sufficere nõ videnꝫ: ꝛ fe. tertiũ transierit die: aut tu arbitratus fueris a ꝓncipio vt tãta fuerit in corpore repletio vt ꝓpter fricationẽ ꝛ aptionẽ sine vli eũone egrum ledere posses. ob hoc qz tale medicamen in corporibus plenis plus opilat q̃ aperiat: tunc medicatio talium media

inter effimerā ⁊ putridaz esse dz. hoc est in flobotomia ⁊ corporis mollificatiõe. ⁊ hoc facias ꝑm excessum a signis ꝓsideratum. ⁊ ꝑm q̄ ab experiẽtia ⁊ bonitate extimatiue poteris pscrutari: qz ꝓpter solã doctrinam certificari nõ posses q̄ in vnoquoq; idiuiduo faciendũ sit in q̃titate ⁊ qualitate i hac arte. ⁊ necessaria est in hac arte ꝓter vniuersaliũ reruz cognitõez experiẽtia: ꝓpter quã particularia ꝓncipia habeant. in eo qõ in vnoquoq; idiuiduo fieri debet. Et scias q̄ ista ꝓncipia scribi nõ possunt omnia: qz sunt infinita. ⁊ ista pars scientie medicinalis nobis vetat pfectiõez habere in hac arte: eo q̄ magis est appropriata experiẽtie q̃ rõi. ⁊ ꝓpter hoc dixit ꝟypo. ars lõga ⁊ vita breuis. Et egomet nõ studui i hac sciẽtia vt videat mihi vt sim sufficiẽs: sicut videt multis medicis nostri temporis: q̄ multũ elõgati sunt ab eoz intentiõe: exceptis filys Auenzoar ⁊ maxime aboaly ⁊ filio ei⁹ abenariaz: cui de⁹ ꝓseruet vitã. nã isti veri magistri sunt in sciẽtia medicinali. ¶ Reuertamur ad dcm̃ nostrũ ⁊ dicamus q̄ maioz pars istius fe. a stipticitate ꝓuenit ⁊ siccitate. ⁊ maxime in complexionibus calidis ⁊ complexiões siccas habẽtibus. Et hec eis nõ ꝓuenit: nisi qz cibi permutantur in eoz stomacis ad fumositatẽ: ⁊ quibus superuenit eis fluxus ventris ⁊ pluribus eorum quibus hoc accidit: accidit propter corruptionem ciboz; ⁊ ipsoz mozdicationẽ. Et aliquando accidit illis ventris cõstipatio. qõ ꝓnuum existit. ⁊ constipatio hec accidit ꝓpter caliditatẽ ⁊ siccitatem. ⁊ virtutis expulsiue debilitatem: ⁊ sic dicendum est de medicatione vniuscuiusq; istoz per se.

¶ Caplm. VII. Quod est de cura febris effimere quando est cum fluxu ventris.

Et dico q̄ illi cui accidit flux⁹ vẽtris in ipsi⁹ curatione cõsideratio est habẽda. Ita q̄ si hũoz eductus ẽ ⁊ fluxus cessauit: faciẽ ingredi balneũ: ⁊ ipm ciba cũ ꝓfortantibus stomacũ: ⁊ ipm stõm cũ vnguẽtis ꝓfortantibus vnge. Sz cũ fluxus ẽ in statu meli⁹ est vt in balneũ ipsos ire nõ ꝑmittas. hoc H. dicit: ſz noui medici medicant fortẽ fluxũ cũ balneo: qz dicũt q̄ attractõez facit ad oppositã partẽ. ⁊ q̃uis ita sit nõ ẽ ꝓpria medicia: sed ẽ p accns. ⁊ iõ qz est p similitudis viã. Et tu scis q̄ ꝓriũ dz expelli per suũ ꝓriũ. vñ hoc qñ possumus ẽ dimittendũ. Sz patiẽs ẽ cibãdus absq; positõe ipsius i balneo: ĩmo debes ꝓseruare vt rectifices ipsi⁹ stõm euacuatõe cessante cũ lana ifusa i oleo absinthy ⁊ oleo ro. ⁊ si masticẽ ꝓtritum accepis ⁊ cũ oleo ro. miscueris: ⁊ ꝑdicte lane ifuderis: multo forti⁹ opabit. Et vl'r scias q̄ in mẽbris ꝓncipalibus nõ est supponẽda medicina actual'r frida. q̃uis potentialiter frida existat. Et si fuerit multa inflammatio in oze stomaci misceas cũ istis oleis succũ extremoz vitiũ ⁊ succuz citoniorũ. ⁊ alig apponũt cerã ⁊ faciũt ide cerotũ. Et alig ex hac medicina miranť: ⁊ dñt. cũ eger os stomaci habeat mala ꝓplone calida viciatũ. cur. H. ponit masticẽ cuz oleo ro. ⁊ nos rñdemus q̄ significatio hec recepta a mala cõplone sola est alia a significatõe recepta a ꝓplone mẽbri. Ob ꝟ qz intẽtio medicatõis isti⁹ mẽbri est vt fortificet cũ medicinis hũtib⁹ aliqd stipticitatis cuz amaritudine ⁊ aromaticitate. Et ꝓp hoc ꝑmi exꝑimẽtatozes nõ curabant debilitatẽ stomaci: nisi cuz his supradictis. Et pole est vt multis hoibus nocebãt: eo q̄ malã ꝓplonez non ꝓsiderabãt. sicut dicit. H. vni accidit q malã ꝓplonem habebat in stomaco calidã ⁊ sic. Multum ergo ꝓsiderandũ est si mala ꝓplo est tãta vt ipsaz nimiũ timeamus: studebimus solũ in ozis stomaci ꝓfortatõe. ⁊ si nõ admiscebimus cum his frigidas medicinas obseruato vt sint illis sile's in stipticitate. ⁊ tales medicie sunt multe. Sz si fluxus nõ cessauerit nõ desistas ipm cibare cũ rebus stipticitatez hũtibus. ⁊ ꝑm q̃titatem fluxus ipm rege. Naz si paucus sit fluxus sufficit panis biscoctus cũ zuccaro vel succo ro. cõfectus: aut citonioꝝ succo. Et si multus sit fortioribus vtere vel pane biscocto ordei cũ succo citonioꝝ: ⁊ vinũ pomoꝝ granatoꝝ est bonus cib⁹ ꝑm. H. Sed si cessauerit fluxus mica panis ꝓueniẽs est. Et si supuenerit casus appetitus sumat electuariũ citonioꝝ cũ aliquãtulo mastice cuz succo extremoꝝ vitis. Et. H. vtit hoc electuario citoniozuz qõ cõposuit in fine regimis sanitatis. Sz medicina in q̄ intrat pip aut res calide tũc est vitãda: ⁊ maxime in climate nostro tempore calido ⁊ calida ꝓplone. Et quãdo istis accidit ventris constipatio: tunc ꝓsiderandũ est in quo loco fit cibi retẽtio. vtrũ in stomaco aut in itestinis. si est in stomaco. H. precipit dari cõfectionẽ triuz pipeꝝ: sed non de fozti in qua intrant medicine: sed de debili quã posuit in libzo de ingenio sanitatis. Et hec medicina non est conueniens: nisi illi in quo cibus permutatur in stomaco ad acetositatem: quia stomacis calidis ⁊ nauseaz ex caliditate habentibus hec nõ erit vtilis medicina. Et est dictum H. qõ iam declaratum est in egritudinum libzo q̄ virtus membzoz̃ eque debilitatur per complexiõem calidam malam sicut per frigidaz: quia aliquod membzoz̃ non habet sua accidẽtia nisi p mẽsuratum calorẽ. Et si debilitat p cõplonẽ fridã est hoc snbale. eo q̄ est ei necessariuz. Et ꝓpter cõplonẽ calidã erit per accidens sicut sol fortis qui extinguit ignẽ. ⁊ calor fortis fornacis extinguit cãdelam. Sil'r põt dici ꝑm H. de debilitate stomaci que fit ꝓpter cãs calidas ⁊ nauseas calidas. ergo H. nõ respexit nisi ad frigiditatẽ que stomaco accidit per accidens in hac arte: et hoc curare intendebat. ¶ Sed prouidendum est super complexionẽ malam: ⁊ sic medicine misceri debẽt. Sed credo q̄ clima suuz ipsum in hoc sustentauit. ¶ Et mihi videtur q̄ electuarium citoniozum mixtum cum ligno aloes: mastice: gar. multum valet si sit taliter compositum vt frigiditas citoniozuz vincat ipsozum caliditatẽ. Et non est tradendum obliuioni de modis compositiõis harum compositionum: quoniam si voluerimus frangere virtutes ipsarum medicinarũ absq; citonys potes hoc facere cũ extremitatibus vitiũ: vel cũ alijs reb⁹ frigidis: ⁊ stipticis: ⁊ medicus in hoc prouisoz esse debet vt resistat ei qõ plus est timendum. ¶ Et melius est q̄ calor qui ex hac prouenit mixtione sit in primo gradu. ⁊ quando fuerit necesse frigiditatem stomaci remouere diminuat res frigidas: sicut nos diminuimus in aliquibus quantitatẽ calidarum quando non oportet complexionem calidam procurare. ⁊ Halienus precepit embzocari ventrem istorum cum aqua calida: ⁊ intendit per hoc ventrem mollificare: ſz quia mollificatio nocet stomaco: oportet q̄ fiat cum timoze: ⁊ q̃uis mollificatio sit huic congrua egritudini nature membri contraria existit. Ob hoc est necesse has duas res miscere aut semper rem conuenientem ordinare. ¶ Sed cum cibus ex stomacho descendit: tunc embzocatio valde vtilis existit: hoc obseruato ne cibus ĩdigestus ad membza trabat embzocata: ⁊ hic clistere melius est omnibus que fieri possunt: ⁊ si nõ est mozdicatio aut vẽtositas tunc sufficit clistere factum ex melle oleo: ⁊ aliquantulo sale: ⁊ si mozdicatio fuerit: tunc admisceantur pinguedines anseris ⁊ galline. Et si ventositas affuerit necesse est vt in oleo coquatur parum rute: et semina resoluẽtia ventositatẽ: sicut semẽ apy ⁊ cimini ⁊ similiuz. Et vẽtositas cũ nausea in hoc loco significat q̄ naturalis calor debilis est: ⁊ ꝓpter hoc nõ est calefaciendum nec refrigerãdum: sed vtrisq; vtenduz erit: ⁊ aliquando hec febris tribus diebus perdurat: sed non timeas ⁊ rege ipsos post exitum paroxisimi: et post euacuationem ventris ponendo ipsos in balneo; et cꝫa ipsos cibis conuenienti-

bus. Sed ex nausea acetosa hec fe. non fit ob hoc: qz ex illis suba fumosa nō generaī que spūm inflāmet. Et scias q̄ in cōplexiōibus frigidis ꝛ humidis raro hec febris accidit. similr̄ neq; in fridis ꝛ siccis. Sed calida ꝛ sic. oībus paratior ad hoc existit. ꝛ ꝓpter hoc illud qō plus nocet corporibus sic dispositis est fames. ꝛ exercitiuz temperamentum excedēs ꝛ negligentia balnei. Sed qui febricitant feb. que fit ꝓpter bubonicum apostema quod fit in subascellis ꝛ inguinibus vltimū medicamē illius apostematis est curatio. Et si ꝓpter reuma hoc accidit medicine purgantes necessarie existunt. Et si fuerit ꝓpter sanguinis abundantiam minutiōe indiget: qz hec ꝓseruat ne in vlteriores egritudines cadat. Et. H. precipit vt bas febres patientes ponantur in balneum: sed mihi non placet vt fiat nisi in declinatiōe. Et hoc sufficit in medicatione effimerarum: coniuncto tamen hoc causis exterminatis in libro egritudinum.

¶ Cap. VIII. Qō est de curatōe febriū acutaꝝ arsiuaꝝ.

INceps volumus log de febrib⁹ arsiuis vel acutis q̄ dicunt arsiue. ideo qz iste febres sūt medie iter putridas ꝛ effimeras. Et dicimus q̄ iam dcm̄ est in libro egritudinū: q̄ hec febris fit ex multo sanguine: ꝛ sunt species due: vna est dū sanguis nō est putrefactus: ꝛ alia est: dum sanguis iaz putrefieri incipit. Et vnaqueq; istaꝝ trino dispo netur modo. Unus est vt homotenus cōtinue affligatur a principio vsq; ad finē equaliter. ꝛ hoc fit ꝓpterea: qz idē qō dissoluit est equale ei qō resoluit. Secūdus modus ē vt a p̄ncipio augmētetur vsq; ad finem. ꝛ hoc accidit ꝓpterea: qz illud qō dissoluit est plus eo qō resoluitur. Tertius modus est vt a p̄ncipio vsq; ad finez decrescat: ꝛ hoc fit ideo qz illud qō dissoluitur minus est eo qō resoluit. Et qz hec febris fit ꝓpter oppilationem f̄m vasa: medicatio ipsius erit per flobotomiaz: ꝛ maxime cū nō est sanguis putrefactus. Et. H. hic dicit q̄ quando natura fortis est extrahamus vsq; ad syncopiz. ꝛ dicit q̄ ꝓpter hoc corpus refrigeratiōnē habebit. ꝛ possibile erit vt colera abyciat̄ per partem superiorē aut inferiorē. Et dicit banc medicationē in hac fe. eē necessariā. Et ego dico q̄ hec quātitas euacuationis artificialiter nō existit: īmo valde est erronea: eo q̄ hec ars imitat naturā: ꝛ nunq; fit crisis laudabilis p euacuatōez sanguinis vsq; ad syncopiz pducentem: īmo hec ꝓuenit a crisib⁹ malis: in q̄bus virtus expulsiua plusq; conueniens est: expellit. Adhuc nō est intētio euacuationis inquātū est euacuatio: nisi ad remotionem supflui sanguinis peccātis quātitate: ꝛ ad cōseruationem quātitatis naturalis. ergo quomodo pōt sanguis euacuari vsq; ad syncopim: nisi cum detrimēto sanguinis naturalis: hoc impossibile esse videt. Et. H. nō intellexit per hoc nisi subitā corporis refrigeratōem. ergo hec medicina accidētalis est piculosa. vnde melius est vt aliquātulum ex calore remaneat extraneo: q̄z calor naturalis diminuatur. Adhuc nō est credēdū vt in tali corpore quale ē istud non sit putrefactiōis alicuius humoris ꝓparatio. ergo si diminuis calorē naturalez corrumpet humor ꝛ virtus diminuet: ꝛ nō erit qui huius erroris faciat correctionē. Signa ergo p que cognoscimus febrē esse a putrefactiōe exemptā: sunt signa cōmutatiua ꝛ nō fixa. Cōsidera ergo quot in hoc loco eminēt picula. Et cum in hac febre apparent signa putrefactiōis per vrinā aut pulsuz flobotomia non fiat vsq; ad syncopim pducens: qz impossibile est vt post minutōez nō remaneat putrefactio vsq; ad septimū diez: ꝛ ꝓpter hoc est necesse vt remaneat virtus sufficiēs digestioni. Et dicit. H. q̄ qñ medicabis hāc febrē sanguis cuz putredine: tūc nō est expectādū vsq; ad digōnez materie. Et ex hoc intelligere debemus q̄ in principio flobotomare debemus. ꝛ demum potare aquā frigidam in nive frigidatā tādiu donec corpus ipsius ad friditatē deueniat. Et hoc fieri dz ꝑsideratis certis ꝑsideratōibus. ꝓprima est vt egritudo sit digesta. ꝛ vt ī viscerib⁹ nō sit apostema: ꝛ vt in ore stomaci non sit debilitas neq; friditas: nec quādo infirmus nō est assuetus aquā frigidā bibere: ꝛ sic esse debet: qñ illud qō hic inducit ad malam complexionem contrariū existit eiusdē rei que causam habet remouere: qñ aqua frigida humorez incrudat ꝛ impedit digestionem. Et impossibile est hāc febrez integre remouere donec causa ipsaz faciēs in corpore repiatur: ergo quomō potabit aquā frigidā habēs stomacū debilē ꝛ frigidū q̄n ei accidat timor ꝛ stupefactio ꝛ cōsimiles egritudines ex mala cōplone frigida. Et iaz iuenti sunt homines q̄ biberunt aquā frigidā semel in quātitate multa: ꝛ ide ad constrictionē anhelitus deuenerūt ꝓpter friditatez musculi vel nerui ꝛ dyafragmatis. ꝛ taliter q̄ nō potuerūt aliqd deglutire: ꝛ q̄ ipsam bibūt iam facta digōne: tunc naturā optime adiuuant: eo q̄ tunc ibi iam aliud nō remansit: nisi mala complexio calida: ꝛ illa tunc remouetur ab aque frigide bibitione: ꝛ sic natura meliorem facit operatiōez in humore tali. ſ. perficiendo digestionem ꝛ malam materiā expellēdo: qñ ipsa mala cōplexio hoc facere ꝓhibebat: ꝛ hic est tractatus H. in potatione aque frigide in hac egritudine. ¶ Et debes scire q̄ hec febris latitudinē habet magnā in suo calore f̄m magis et minus: ꝛ ꝓpter hoc que fortiozis calozis est dī arsiua. i. causon. ¶ Et hec latitudo diuersificat̄ f̄m climata. Et qñ oīa particularia concordant cum febre que est arsiua. ꝛ ifirmus multuz desiderat aquā frīdā: non in hac est digō expectanda: qz eger ante digestionē cōsumetur: ꝛ si feceris ipsum pati vsq; ad digestionis apitionez: tunc erit ipsius digestio mala: quēadmodum est nebula nigra aut hypostasis nigra ꝓpter nimietatem combustiōis: ꝛ tūc aque frigide exhibitio nō valebit. ¶ Et propterea melius est in principio sine etiā digestionis signoruz apparitiōe exhibere ꝛ nō curare: ex dictis aliquoruz: quoniam hec res est veracissime probata. nam materia que talem facit febrem qualis ista est cū sit in vltimo caliditatis non est ꝓuiata digestione nisi ꝓpter malam qualitatē acutam: nō ꝓpter grossitiem nec ꝓpter viscositatem: ꝛ quādo banc infrigidabis: tunc statim erit materia digesta: ꝛ melius est vt cōuertas talez febrem ad febrem lentam et longam que curari potest: q̄z eger subito moriatur. nam error qui fit in alteratione cōplexionis febriū facilior est q̄z moꝛs. Et ego credo q̄ illi quibus digestio debz expectari si detur aqua frigida citius curarētur si eius virtus extitit fortis: q̄uis egritudo fuerit longa. Dicit enim Rasis q̄ duo iuuenes in diebus canicularibus iter agebant: quoruz vnus erat dominus ꝛ alter seruus: ꝛ ambo banc incideruntfebrem: ꝛ medicus domino aquaz ꝓbuit frigidam ꝛ seruo non ꝓpinauit. domin⁹ euasit: ꝛ seruus mortuus fuit. Et terre iste nostre medie sunt iter terras. H. ꝛ Rasis in tēperamēto. ꝛ egressi sum⁹ ex eo qō nostre intētōis erat. ꝛ ꝓpterea q̄ tractat⁹ curatōis isti⁹ febris ē vna ptiū tractat⁹ feb. putridaz: ꝛ ꝓp ꝑ bonū fuit narrare medicamētū qō vtrisq; cōe existat.

¶ Capitulum. IX. Quod est de cura febrium putridarū: ꝛ ꝓimo de eis in generali.

SEd dico q̄ febriū q̄ sunt ex mala cōplone materiali: ꝑma illarū intētio duas ꝑsiderat res: hoc ē vt malā remoueat cplonē: ꝛ malā euacuet materiam. Et quia mā est cuz calore putredinali accidit hic tertia intentio. hoc est vt remoueantur cause iuuantes ad faciendum putrefactionem: et est superflui diminutio ꝛ porozum apertio oppilatiōis. Et pororū oppilatio accidit ꝓpter res stipticas

